BURNDY
LIBRARY
Chartered in 1941

Gift of
BERN DIBNER

H. Kok

PHYSICA

1774

H: Kok

Physica

Prologomina in physica

physica quae et philosophia naturalis audit e[st] scientia naturae contemplatrix, quatenus per eam exploramus tum ipsum omnium rerum complexum tum quamlibet speciatim rem disquirendo quantum fas est, an et a quibus principiis constet, an et a quibus producta causis, ob quem finem effecta, quibus viribus proprietatibus donata, caeteraque ejusmodi, quae si perspecta fuerint, tum rei, rerumve naturae perspecta censetur.

Nomine naturae tum ipsam rerum creatarum universitatem indigitamus, tum unamquamque rem singularem quatenus continet principium intrinsecum, quo intelligitur cui in certis circumstantiis posita certo modo agat aut patiatur, seu principium mutationis intrinsecum: ex quo natura cujusvis rei investigari tum dicitur, cum exploratur quae sint in ipsa et quo modo principiorum constituentium conditio sed maxime e[st] quis veluti fons seu radix suarum actionum.

MSS 834 B
RB NMAH.

Cum tn naa Latinis quasi naturam a nascendo ducta sit ita ut nomen hoc eis significet id, q. res quaelibet nata e, v q e vi suae nativitatis aut generationis et solae res corporeae nascantur aut generentur aliae ex aliis et ad novam essentiam transeant; sa propria ac stricta acceptione naae nomen significat, q cuique corpori per generationem obtigit internum mutationis principium et tunc Quod quatenus ei principium istius vi generationis inest vocatur Corpus naturale et in eo distinguitur a Corpore artificiali cui nullum tale principium inhaeret.

Nomine naae designantur quoque, generationis Causae naales, quatenus juxta praescriptas a Supremo Conditore leges agunt. naale autem in mundo aspectabili naali dicitur oe id cujus ratio in essentia et naa corporum continentur.

Phaenomenon naale dr quidquid sensui obvium confuse in corporibus percipitur, ut sunt motus corporum qui secundum statutas a Deo leges peraguntur. porro hae leges naae leges vocantur.

Physici igitur munus est solicite inquirere in quo positum sit illud internum mutationum principium, quod Opus naturale dicitur, ac varias quae inde oriuntur proprietates ~~p~~pendere, phaenomenorum quoque omnium quae in hoc spectabili mundo observantur causas investigare

Amplissimus itaque physico campus est, in quo felicia et mediocria et ~~tarda~~ ingenia possunt in laude versari, si magis viribus suis accomodatam elegerint, ex ea licet vel plurima elicere poterunt quae magnos usus habeant, et ad utilissimarum artium progressum conducant

Scientiae naturalis fundamenta duo esse ait Aristoteles, rationem nempe et experientiam, quarum altero deficiente scientia subvertitur quippe experientia rationis lumine destituta sensui et ea quae sub eodem genere sunt confusa, distinguere nequit. Ratio autem si experientia vaga nimis et incerta est, nec percipit unde ordiri debeat, neque quo tendere

Quam necesse sit in physica rationi comitem adiungere experientiam luculenter demonstrant occasiones quae in ea scientia per continua experimenta nuperrime facta sunt felici e rationis et experientiae connubio usque ac nostra fere aetate progressa est res physica ut brevi

DS

temporis spatio majore qu[am] bis mille annis incrementa cepperit, mirandum sane q[uod] scientia et varietate et utilitate sua omnium præstantissima tanto saeculorum intervallo jacuerit inculta.

Tractatus De Corpore naturali

Sectio 1a

De extrinsecis Corporum principiis

Articulus 1us
De principiis Corporum methaphysicis

Principia methaphysica sunt ea, quæ Corpori o nisi idealiter et in abstracto considerato insunt, et nec sensui nec imaginationi sed soli intellectui patent. duo cum peripateticis in sensu metaphysico admittimus principia compositionis corporis naturalis materiam nempe et formam. atque ideo materiam forma donatum Corpus vocamus. in autem materia ommi forma destituta esse nequeat eius materia Corpus e[st]; materia ergo a corpore o nisi nostro comprehendi modo differt. Videlicet in corpore existentia

nunc hanc nunc illam formam induant commune variarum istarum formarum subjectum per abstractionem mentis consideratum materiam dicimus, id vero a quo corpora habent ut sint hujus generis v. speciei et ab aliis distinguantur formam compellamus haud-abs re. materia ὕλη voce graeca, quæ sylvam significat, appellata e antiquis, qui et eam dixerunt aggeriem quandam per totum mundum diffusam, cujus portionem obtinent omnia corpora specialia ut aer, aqua, terra etc. et ex qua omnia naturæ opera depromuntur ac fiunt. quemadmodum enim artifex assumptum ex sylva truncum arboris in statuam format v. aliud opificium, sic naturale-agens assumptam materiæ portionem format in lapidem, plantam, aut aliud naturale corpus: et sicuti truncus tam etsi sit lignum, nullam tamen ex se habet formam ligni artificii ut puta nec statuæ nec januæ, nec mensæ, et neque statuæ hominis aut equi neque hominis hujus aut illius sed indifferens est ad quamcumque formam, quam artifex induxerit, accipiendam; sic materia rerum materiales, tam etsi sit corpus ex se tamen nullam habet corporis alicujus determinati; hoc est, e bruti, e plantæ, e lapidis, e rei alterius;

Sed indifferens ē ut cuiq et quilibet formam accipiat; deinde ut truncus unam adeptus formam, ō potest nisi illa destructa aliam assequi; sic mat̄a unam habens formam, ō pot nisi ea deperdita aliam obtinere. tandem sicuti opificium habet a trunco ut ligneum sit a forma ut sit tale opificium ligneum veluti janua potius qm̄ scabellum; sic quolibet apud mat̄a; habet a mat̄a quidem ut corporeum seu corpus sit, at vero a forma ut tale corpus sit veluti planta potius qm̄ lapis.

Licet mat̄am corpus dicamus, ō ideo tn̄ repugnamus Aristoteli qui mat̄am definit neque esse quid neque quantum, neque quale, neque eorum quorum ens determinatum aliquid; quippe hoc dictum Aristotelis cum mox deductis cohaeret: ē enim mat̄a ex se quidem corpus, at ō ex se planta aut lapis, quae sunt ex genere substantiae illi intellectae nomine quid ō magnum aut parvum quae ex genere quantitatis ō calidum aut frigidum quae ex genere qualitatis atque ita de generibus caeteris, quibus vult addit substantias determinari

articulus 2dus

De principiis corporum physicis

principia physica dicuntur illa, quae ipsum reale efficiunt in concreto ac prout in rerum natura actu existit: ex quo notio patebit quod a parte rei sint ipsa principia metaphysica; hoc est quid realiter quod physice est commune, illud subjectum quam maxime et quid est forma sive id per quod unumquodque ipsum a quovis alio essentialiter distinguitur

In principiis istis stabiliendis, propter rei obscuritatem magna semper fuit opinionum varietas: praecipuas veterum tum et recentiorum philosophorum sententias hic paucis referre juvat

physicis omnibus ab antiquissimo usque tempore nota fuerunt 4 elementa vulgaria, ignis aer aqua terra; et aliqui omnia aliqui tria aliqui 2 ex pro principiis ex quibus varie mixtis omnia corpora componerentur habuerunt. extiteruntque quoque non pauci qui ex eis elegerunt unicum ex quo 3 reliqua derivari arbitrarentur. scilicet heraclitus ephesius ignem pro principio statuit et omnia ignis condensatione initio creata fuisse censuit volunt enim partes ignis crassissimas in unum coeuntes terram constituisse terram

autem vi ignea quae superstes erat laxatam evidisse aquam; tum hanc exhalando produxisse aerem, qui aerem statuerunt celebrantes potissimum anaximenes et diogenes. hi aliorum 3 elementorum generationem ex aere fieri dicunt raritate et densitate nemirum quasi aer attenuatus possit fieri ignis, condensatus aqua, quae magis condensata fit terra. Qui aquam statuerit celebratissimus e thales sectae ionicae dux is e existimavit aquae condensatione fieri terram et majore majorique rarefactione aerem et ignem ac deinde ex ipsis sese universo, hanc quoque opinionem expressit homerus, d graece dixit: oceanus cunctis probet primordia rebus maxime singularis e anaxagorae sententia admisit ille quidem sicut superiores vulgaria 4 elementa, verum priora ipsis posuit innumera alia quorum mistione existere voluit aerem et ignem et cia, vocavitque ista principia partes similes seu similares ex eo q genitis rebus similes sint docuit enim os ex minutissimis ossibus nervum ex minutissimis nervulis componi et coagmentari, ignem ex inconspicuis igniculis etc. caeltarr. hinc dicit in quovis alimento contineri latentes quasdam particulas sanguineas quasdam carneas quasdam osseas etc. quae facultate naali secretae sanguinis carneis osseis etc. in corpore prae existentibus applicentur. fuit quoque hoc celebre dictum esse oia in oibus et propterea

sectionem continui in infinitum admittit sicuti
propter incomprehensibilem rerum multitudinem et
varietatem principia sua infinita constituit

pythagoras sectæ italicæ auctor, socrates et plato
sectæ academicæ duces, aristoteles peripateticorum
pater et zeno stoicorum materiam primam fecerunt
qualitatis omnis expertem

Stoici quidem ut retrograde abiis incipiamus
Voluerunt materiam esse principium mere passivum
eamque esse prorsus inertem, nulla vi nullo
motu præditam, penitus informem, in infinitum
divisibilem, et ex ipsa statim 4 elementa orta
esse ex quibus omnia generentur. verisimile est eos
formam quoque agnovisse sed eam non habuisse
pro principio sed solum pro regente

Aristoteles materiæ principio duo alia sociarat
privationem et formam, atque ex illis 3 res omnes
oriri et fieri pronunciat

porro ad materiam quod attinet per eam nihil aliud
intelligit, quam quæ prolixe de ipsa in abstracto
considerata exposuimus.

formam suam dicunt peripatetici esse substantiam
aliquam a materia realiter distinctam quæ composito conferat vim
agendi sicque in eo radix omnium proprietatum,

unde eam Substantialem vocant

tandem p privationem intelligunt absentiam formæ in subjecto ad eam recipiendam apto. Scilicet volunt generationem ee transitum a o ente in ens, atque ideo exigere terminum a quo ipsum o ens seu privationem terminum ad quem ipsum ens seu formam et subjectum ipsam maam: sic in generatione ignis ex ligno, subjectam maam transire ex privatione formæ ignis ut tmo a quo in formam ignis ut tmum ad quem Cætera autem facta generatione evanescere privationem, ac remanere solum compositum ex maa et forma ignis; ac pinde privationem ab aristotele statui o compositionis sed gnationis principium

quoniam vero aristoteles docet privationem ee o ens simpliciter, mirandum sane dici ab illo quidpiam fieri ex privatione idque præsertim in approbet illud physicorum effatum ex nihilo nihil fieri, verum e quidem, rem, antequam fiat, o ee; sed ipsum o ee quid post conferre adesse? nihil absurdius videri post qm ens a o ente pendere

Duo a platone constituta fuerunt rerum principia intrinseca, maa et idea. maam supponit fuisse ante mundum conditum quasi quoddam chaos oes formæ expers, et ois tn formæ capax eamque facit in aristotele elementis priorem sed huic tn addit supra aristotelem q quædam pars supra maæ dispositionem contineat qua ignescat, et alia aptitudinem qua in aerem abeat atque ita de cæteris

tr autem dispositionem nihil ee vult aliud qm
figurationem pyramidalem cubicam, aut aliam, quae
minutissimis corpusculis elementa constituentibus
competat, quae corpuscula cum fuissent initio oia confusa
in concussione deinde quadam sic fuerunt secreta ut
pyramidalia avolantia ignem constituerint, cubica
subsidentia terram, media vero octaedrica et icosaedrica
aerem et aquam; atque haec 4 elementa caetera oia
corpora. d qd dicit maam carere figura hoc intelligit
de tota agere maa eo modo quo lapidum acervus
nullius certae figurae dr, licet quilibet lapis suam
habeat figurationem

hic nomine ideae, qm plato fingit in fonte rerum, et
mentem vocat sive intellectum ac Deum, nec non mundi
aiam intelligenda venit una generalis ac ingenerabilis
incorruptibilisque forma ubique diffusa, quae rebus
intime unita eis tribuat ee id ipsum quod sunt,
Quamvis autem in illa idea seu mente rerum oium
ideae contineantur, tn tn quaevis maa n sit disposita
ad impressionem quamlibet ideae ex oibus illa solum imprimitur
ad qm congrua e maae dispositio, et ex inde nascitur
in maa quaedam tn ideae similitudo, quae rerum forma
appellari potest

pythagorei cum pythagora praeter maam sam pro
rerum principio constituerunt nuos. quid autem per
nuos intellexerunt n constat: aliqui opinantur eos nuos

Sunt nil aliud numere quam materiae partes earumque ordinem mensuram ac proportionem: sed quia pythagoreis principium rerum efficiens est Deus, mens, forma, ita mundi quem sam unitatem nominant, aliqui existimant per unos proprie intelligi participationem 1ae unitatis qua res quaelibet est una; Caeterum varia de unis sunt delirarunt pythagorei

Democritus, leucippi discipulus materiam sine qualitatibus vestit ac 2o hujus universi principia plenum et vacuum, sive atomos et inane statuit ejus sententiam strenue amplexus est epicurus. per atomos intelligunt corpuscula insecabilia multitudine infinita, pari substantia, sed diversa figura, magnitudine et vi motrice praedita; quae temerario concursu in praeclarissimum mundi opus coaluerint. dr autem atomus insectilis o quia partibus careat, sed quia ita solida, dura, compactaque sit ut inane nullum admittat, nullumque divisioni locum faciat seu quia nulla vis in via sit, quae eam dividere possit.

inter veteres philosophos refertur aristoteles ut praecipuus aeternitatis mundi assertor, et ipse met scribit caeteros omnes philosophos genitum mundum asserere. plerique quidem ut pythagoras plato etc mundo initium tribuunt sed omnes in eo consentiunt ut materiam praeferunt ex qua procreatus sit. in hunc errorem omnes rapuit hoc eorum placitum ex nihilo nihil fieri

in veteribus haerimus satis nunc dicendi sunt recentiores quorum princeps merito celebratur cartesius: is enim excusso aristotelico jugo vere physica fundamenta

potuit, novoq: ac lucido philosophandi modo veteres philosophiæ tenebras detuxit

dubium non est inquit Cartesius quin mundus ab initio in omni sua perfectione fuerit creatus, hoc fides christiana docet, neque est ratio naturalis plane persuadet, sed tamen ad res naturales explicandas melius esset, considerare quo modo paulatim formari et nasci potuit quam quo facto a Deo in sua mundi origine creata sunt. ideo principia quædam excogitavit, ex quibus tanquam ex seminibus quibusdam et sidera et terram et denique omnia quæ in hoc mundo aspectabili deprehendimus oriri potuisse contendit. quin res ipsa nunquam sic orta esse probe sciret

Supponit itaque Cartesius 1o materiam creatam, quæ plane ubique eadem omnia intra spatia occupabat, [neque enim spatium distinguit ab extensione corporea] fuisse a Deo divisam in particulas quam proxime inter se æquales, ulterius divisibiles, non infinite quidem, non finite, sed indefinite.

2do. Deum indidisse singulis particulis motum tum rotationis circa propria centra et separatim a se mutuo, ita ut corpus fluidum componerent tum gyrationis communis circa alia quædam puncta seu centra, adeout tot varios vortices constituerent

quot jam sunt astra in universo

3tio motum illum in nâa constanter conservari. atque adeo si in una particulas minuatz is tro pereat, sed aliis pticulis pari quantitate impriunatz

Hæc pauca ei sufficere videntz ut ex illis tanqm causis, oês qui in hoc mundo apparent effectus orianty. Nempe pticulæ illæ initio erant angulosæ [ō globosæ qa intercepissent inania spatiola [inane autem cartesio implicat] sed progressu temporis evenisse debuit, in circularity moverenty ut abrasi fuerint L' globulique varii exinde confecti.

De-raso autem pticularum materies spatiola oia globulis intercepta complexit; et qa valde minuta e, stam celeritatem acquisivit, ut sola vi sui motus in innumerabilia ramenta dividi possit, atque ita apta evadit ad qualescumque interstallorum angustias replendas

aliqua vero ramenta crassiora angulosiora, tardiora et ad motum ineptiora, sibi mutuo adhæserunt, et transeuntia inty 3. globulos contiguos motu vorticoso abreptos formam induerunt in sua latitudine et profunditate triangularem, ac formata fuerunt in exiguas columnas tribus striis in modum cochlearum intortis excavatas.

en proinde materiae fragmenta et quasi graduum,
quae Cartesio sunt totidem elementa seu corporum praecipu-
orum enim elementum appellat subtilem illam materiam
abrasam, secundum ipsos globulos, et tertium materiam striatam.
Constant autem ex 1o sol et fixa sidera; ex 2do caeli;
ex 3tio terra caeterique planetae in commetis. quippe
in lumen corpora alia emittant alia transmittant,
alia remittant: triplicem hanc officiam ad 3 elementa
retulit
porro assiduo particularum 2di elementi attritu crevit
paulatim materia 1i et contracta sunt spatiola inter globulos
relicta: his ergo a centris vorticum vi sua centrifuga
recedentibus eo confluxit, copiosior materia abrasa
solem et stellas compositura, ubique praecissimo
motu agitata, sed globulos sive 2di elementi particulas
circumjacentes aliter undiquaque repellit et comprimit.
hae vero alias, atque alias impellunt globulis vortices
constituentibus seu caelos imprimunt, et brevissimo tempore
ad quamlibet distantiam secundum lineas rectas diffunditur
ecce tibi lumen actione corporis lucidi potissimum
particulae autem striatae in sole aut alio sidere
aliarum agitationem suscipientes instar spumae
eximuntur, et in ipsa sideris superficie plus minus ve
sibi mutuo adhaerentes maculas quales sunt solares
componunt; quae si aliquam stellam sic circum
obsideant ut non valeat amplius globulos aetherios

sui vortices versus alios vortices vicinos repellere, hac debiliori gyratione facta, abduci se a vicino alicujus stellæ vortice sinet ac tunc circa stellam illam rotabitur, atque adeo planetæ ejusmodi sunt circa solem mercurius, venus, terra et alii aut in directum transmittatur, et cometa fiet

itaque terra nostra et cæteri quos novimus planetæ Cartesio sunt totidem stellæ incrustatæ a vortice solari abreptæ. quod autem in vortice solari factum conficitur, contingere quoque potuit, in fixarum vorticibus. hypotesis ergo Cartesiana triplex elementum ex eadem mã sed diverse mode figurata fudit; et deum corporum terrestrium varietatem ex diversa figura varioque situ particularum 3tii elementi educit.

Opinionem, quæ mundi rerumque in ea contentarum mãam constituit esse attomos acerrime defendit Gassendus, sed quod ei fidei dissonant integrum est rescindit.

Supponit Deum initio creasse tantam attomorum multitudinem finitam tamen quanta fuit necessaria ut totus hic mundus ex ea formaretur, quod adeo necesse fuerit creare secundum attomos quas deinceps in partes grandiores grandioresque

conjungeret; sed q creans mãœ massam ex quibus tanquam minimis extremisque p̄ticulis c̄positam illã c̄pora. H creasse sententia.

Supponit è attomos singulas accepisse a Deo Creante ut quantulamcunque suam competentiam magnitudinemve et figuram varietate ineffabili; et vim congruam sese movendi, evolvendi, extricandi, immergendi, regrediendi, sese invicem apprehendendi et continendi etc pro varietate finium et effectuum, quos tum divina providentia destinabat. Supponit iterum Deum in initio terram et aquam germinare produceréque plantas et animalia jussit. fecisse enim rerum generabilium quasi seminarium hoc e compegisse ex selectis attomis sua semina ex qbus deinceps fieret p generationem p̄pagatio rerum: respersa autem fuisse isthaec semina, o aquis et ubique eadem sed quatenus cuique loco congruum fuit.

Vacuum o immensum cum Democrito, sed finitum et disseminatum et, hoc e spaticola minima ubique inter mãœ p̄ticulas dispersa, nullaque prorsus mãœ repleta statuit.

Newtonius sa rerum principia dicit minimas p̄ticulas

figuræ et magnitudine diversas, impenetrabiles
longeque duriores corporibus quæ ex illis componuntur
ita quidem ut nulla vi naturali dividi queant.
hinc deducit cur ex iis nascantur corpora ejusdem
semper naturæ et texturæ, quorum mutationes in variis
solummodo separationibus novisque conjunctionibus
et motibus istarum particularum consistant.
particulis illis non tantum tribuit vim inertiæ hoc est vim resistendi
omni status sui mutationi, sed etiam dicit eas motum
perpetuo accipere a certis principiis *actuosis* qualia
numerum sunt gravitas et causa fermentationis ac
cohærentiæ corporum: hæc autem principia considerat
non ut *qualitates occultas* quæ ex specificis rerum
formis oriri finguntur; sed ut universales naturæ
leges quibus res ipsæ sunt formatæ. quæ quidem
principia esse, revera existere ostendunt phænomena
naturæ, licet nondum compertum sit quæ sint eorum
causæ.
Si itaque concedi postulat dari in rerum natura generalem
quandam actionem, qua corpora quæcunque et minimæ
quæque corporum particulæ se invicem *attrahant* et a
se invicem *atrahantur*, adeo ut non solum terrestria
omnia corpora in tellurem, sed planetæ quoque omnes
gravitate sua seu vi *centripeta* in solem
nitantur, a quo vi *centrifuga* motu rotatio
acquisita repellantur: duplici hac vi *attractiva* nempe

et repulsiva contendit totius universi ordinem firmum consistere

attractionem suam ō venditavit Newtonus pro causa physica rerum natur[ali]um, in sua enim optica libro 3tio quaest: 31 art: qm ego attractionem appello fieri sane posse ut ea efficiatur impulsu v alio
" aliquo modo nobis ignoto. hanc attractionis vocem ita
" hic accipi velim ut in universum solummodo vim
" aliquam intelligatur significare, qua corpora ad se mutuo
" tendant: cuicumque demum causa attribuenda sit
" illa vis. similia quoque habet phil[osophi]a natur[al]is lib.
de versione q[uae]vis ubi sic loquitur voces autem attractionis
" impulsus v propensionis cujuscumque in centrum indifferenter
" et pro se mutuo promiscue usurpo: has vires ō physice
" sed mathematice esse considerandi. unde caveat lector
" ne ex ejusmodi voces cogitet me speciem vel modum actionis
" causamve aut rationem physicam alicubi definire,
" v centris (quae sunt puncta matematica) vires vere
" et physice tribuere, si forte aut centra trahere aut vires
" centrorum ea dixero

Leibnitius scholasticorum systema ab Aristotele traditum sibi excolendum sumpsit. ma[teri]ae sa[...] substituit monades id ē unitates seu attomos nat[ur]ae p[ar]ticulas scilicet simplices oi extensione f[igu]ra, divisibilitate carentes; quas ā phrasi aristotelica entelechias vocat,

earum quoque singulas vi quadam activa intrinseca a Deo instructas esse voluit, a qua oes mutationes in Corporibus Contingentes sunt secus ac a formis substantialibus peripateticorum originem ducerent.

singulas ē monades vi representativa gaudere putat ac propterea eas in 4 classes distribuit. in 1a classe collocabat Deum quem vocat monadem originariam primitivam, necessariam et increatam, quæ distinctissima omnium rerum Cognitione pollet et fons ē atque origo monadum omnium. in 2da aas homini rationales quæ clara et distincta rerum representatione gaudet p reflexionem, in 3tia aas brutorum, quæ claris quidem sed Confusis ttt ideis instructæ sunt: in 4a denique ultima et simplicissima Corporum elementa quæ ipsi sunt monades stricte et antonomastice dictæ quæ pceptiones quoque habent sed obscuras et Confusas tt: harum pceptionum statum vocat stuporem et statui eo nostro ē similem, in ꝙ summo profundo submersi ꝟ at deliquio oppressi jacemus.

tandem suis monadibus tribuit quoque vim passivam p qm intelligit diversas evolutiones variaque phenomina quæ ex pluribus ꝟ paucioribus monadibus pullulant, inde deducit generationem substantialem ee meram evolutionem earum rerum quæ in monadibus representantur: formas autem novas tunc produci vult, cum novum aliquid latens prius in monade p combinationem aut accretionem evolvitur, id ē visibile redditur; istamque formarum

evolutionem certo ordine fieri docet, eo nempe qui
e optimus ita ut evolutio antecedens semper sit causa
subsequentis

Wolphius leibnetii doctrinae adeptissimus sic rerum
materialium principia elementa compellat, elementa
autem dicit esse substantias simplices, quarum aggregatum
corpus constituit unde omnia quae de ente simplici in
ontologia dicta sunt, de elementis praedicari posse
affirmat; ac proinde corporum elementa nulla extensione
nulla figura esse praedita; spatium non implere; motu
intestino destitui etc. ea non leibnetio qui donata
esse censet omnia quae esse inter se dissimilia, vim tamen
repraesentativam eis tribuit.

Aggregata whiskey substantiis simplicibus dividit in corpora
et corpuscula. per corpora denotat entia composita
majora et visibilia: per corpuscula autem entia composita
per se inobservabilia, seu adeo exilia ut omnem visum
effugiant. Corpuscula alia vocat primitiva, in quibus
nulla compositionis ratio assignari potest, praeterquam in
elementis, alia derivativa, quae ex corpusculis primitivis
componuntur, et ex quibus corpora coalescunt.

Censet etiam statum elementorum internum continuo
mutari, ea quidem lege, ut praesens rationem contineat
sequentis, atque adeo ut hic statu praesenti colligi

possit qualis sit futurus et qualis fuerit præteritus. ineptius insuper elementis etiam ideo tribuunt cur ibi existant, et cur hoc potius modo coexistant quam alio, et proinde elementa omnia esse inter se connexa et quemlibet statum elementi rationem involvere ad cætera coexistentia ita ut ex eo colligi quoque possit qualis fuerit præteritus per omne retro tempus, qualis sit præsens, qualis sit futurus cæterorum elementorum et corporum omnium totiusque universi status. nec non ab iisdem elementis repetendam esse rationem illorum quæ in corporibus deprehenduntur, ut sunt diversitas substantialitas, vis inertiæ seu passiva, vis motrix seu activa et

ecce quam diversæ fuerunt de rerum principiis philosophorum sententiæ merito ait aristoteles in investigandis rerum primordiis omni modo veritatem invenire difficile, verum neque bene dubitare facile est. Christianos quidem philosophos tum fides divina tum ratio naturalis docet hocce universum in tempore non ex præjacente aliqua materia, sed ex nihilo fuisse creatum; solamque ejus causam efficientem esse omnipotentem Deum: sed quæ sunt ejus causæ internæ, materialis scilicet et formalis (quæ principiorum intrinsecorum nomine veniunt) non minus operosæ a philosophis inquisitum quam subtiliter ignoratum semper fuit.

Cum tn Corpora sint substantiæ compositæ et processus in infinitum repugnet, certum videtur simplices existere substantias ex quibus physice vo: Corpora oīa oriantur. eas maæ seu Corporum elementa cum Wolfio vocare licet, nec non ex ipsis corpuscula primitiva et ex his derivativa componere quorum varia unio eorumdem varietatem gignat

maæ elementa ee impenetrabilia et Corpuscula primitiva o minori qui gassendi attomos soliditate Gaudere Censemus, cum ē elementis vim aliquam tribuimus qua inter se Copulentur; hoc ē, qua coexis=tentiam aliorum juxta se singla exigant; atque ita Concrescant in Corpuscula nullis naæ viribus divisibilia.

elementa o statuimus cum wolfio oīa inter se dissimilia, neque cum aliis oīa inter se similia, sed diversas elementorum inter se similium Classes existere supponimus Quas elementorum species appellamus; neque impossibile putamus elementa immediate o uniri nisi sint similibus seu ejusdem speciei elementis, hinc q sunt elementorum, tot corpusculorum atque ē maæ species enascuntur.

in Specificam autem elementorum diffbam o
inquiremus quippe in philosphia naali o sollicit
sumus nisi de rtionibus phenomenorum specialium,
quae corpora observabilia exhibent. illa vero
rtiones in qualitatibus corpusculorum derivativorum
et modo quo inter se junguntur quaerendae sunt,
ideoque ad philosphandum elementis opus o habemus.

Plerique philsphi in Cartesio docent maam oem ee similem
seu homogeneam: unde postea inferunt ex qualibet
maa fieri posse quodlibet, ideoque formam quae
corpora constituunt diversa, aliud nihil ee nisi diversam
ptium insensibilium et minutissimorum corpusculorum
dispositionem ac configurationem, cum autem ex
varia ptium dispositione oriri nequeant nisi accidentia
in corporis generatum sumpti. formam corporum in
congerie accidentium constitutam ee pronunciant.
eorum sententiae calculum nostrum o addimus: nam
concipi o pest quomodo tanta varietas corporum, itque
eorum discrimen, ab uno quodam simplici principio
diversimode tt modificato procedat. neque facilius
concipitur quomodo tam constans atque invariata
sit eorumdem corporum et eadem semper naa
donatorum generatio. ipsa insuper experientia
quodammodo loquitur plurima corpora penes maam
essentialiter differre: metalla enim, sales, aqua etc

igne violentissimo diu exagitata, et quibuscumque aliis dissolventibus divisa, nunquam in alia corpora mutari potuerunt; uti innumeris experimentis probatum est.

Formam itaque corporum constitutivam non in varia duntaxat partium insensibilium dispositione, sed in diversa quoque earum materia consistere opinamur. Corpora autem alia mixta dicimus: alia non mixta [quae eo sensu simplicia dici possunt].

mixta sunt quae ex corpusculis diversae speciei componuntur ut vegetantium et animantium omnium corpora, variaque alia: non mixta vero seu simplicia, quae ex solis corpusculis similibus coagmentantur, ut metalla, sales, aqua terra aer, aether etc ex quibus alia quidem componi possunt sed ipsa immutari aut ex aliis oriri nequeunt.

Frustra ergo quaereres lapidem ut aiunt philosophicum, seu nulla ratione unquam poteris omnia corpora in aurum convertere.

Contra mox propositam de materia et forma sententiam

Objicies 1°

materia est substantia extensa: atqui ex substantiis inextensis nequit fieri substantia extensa: ergo etc.

P. M: ex spiritibus nequit fieri totum aliquod extensum

ḡt neque ex elementis simplicibus

R, ortus extensi ex ō extenso, ō plus difficultates habet qm ortus multitudinis ex eo q ō ē multum, sivè duri ex unitate. an forte absonum ē domum fieri ex ptibus quæ seorsim sumptæ ō sunt domus? m autem elementa impenetrabilitate prædita sunt, qua spiritus omnō destituuntr; ideo ex illis potius qm ex his totum aliqd extensum corporeum generari pott

Objicies 2do

nequit aliquis assignari modus, quo unum elementum misceatr in altero qt etc.

Rx m elementa figuris destituantr, nequit quidem assignari modus unionis qui p figuras explicari et imaginationis vi cpprehendi possit; sed tn assignari pott unio ab imaginibus separata quæ pr notiones puras innotescat. videlicet elementa rerum materium intr se uniuntr quatenus vi cjus qs ipsis inest, exigunt mutuam coexistentiam juxta se invicem. pendet autem hæc unio a determinationibus elementorum intrinsecis et vi activa qua a Deo prædita sunt in ordine ad unionem etc.

Objicies 3tio

ex ead: farina fit panis, ex pane chylus ex chylo sanguis, caro, arteriæ, ossa etc go diversa hæc

corpora ō efformantur nisi ex diversa ptium
insensibilium ejusdem maæ dispositione, et proinde
est maa ē homogenea

R. Cpora ista ōia mista sunt, nam in varia alia
simplicia resolvi possunt: ex diversa qō diversorum
cporum mistione ō vero ex diversa tt ejusdem
maæ dispositione oriuntur: itaque varia Cpora simplicia
farinam Constituentia congrua pportione in aqua
miscentur ut fiat panis: Corporum simplicium panem
constituentium pars aliqua p. digestionem segregatur
atqui alio modo aliaque pportione mista chylum format. etc
unde istorum Cporum fora in varia plurium cporum
species diversarum et certa pportione mistorum
unione Cstituenda ē

Objicies 4to

ead: plane maa nunc ē glacies, nunc aqua, nunc
vapor: qō sola dispositio ptcularum insensibilium
sufficit. ad cstituendas diversas cporum species

R. glacies, aqua, vapor ō sunt cpora specie vere diversa:
etenim glacies et aqua ō plus differunt qm aurum et
aurum fusum, ō plus qm lutum aridum et lutum
aqua madatum; imo ō plus qm aqua calida et aqua
frigida: inter aquam autem et vaporem ō majus ē
discrimen qm inter cumulum vaccarum laxidarum

et cumulum inflatarum, quam glebam integram et eandem in pulveres resolutam. Similes ergo differentias sicut et varios eorum colores ultro diversae particularum ejusdem materiae dispositioni adscribimus.

Objicies 1º

Argilla in oleo lineo permista in ferrum mutatur, ut experientia docet: ergo etc.

R. exiguo ferri quantitas quae ex tali argilla educitur, sub argillae particulis delitescit et ex illis efformatur. porro ferrum ubique utile ubique est dispersum est; ejus autem particulae vi ignis ab argilla separatae, ope olei in unum coëunt.

Eodem modo explicantur similia experimenta, quibus ostenditur exempli gratia cur ex 100 libris arenae maris batavici extrahi potuerit auri semi uncia, nam auri particulae in ista arena ipsis oculis saepe conspicuae sunt.

Existimamus itaque existere materias essentialiter diversas neque eas ex materia 1a cartesiana aut quavis alia per universales naturae leges educi potuisse; sed singulas initio speciali Dei voluntate immediate creatas fuisse, et cujusque quantitatem ita determinatam esse ac constantem, ut nullis naturae viribus imminutari possit. Si omnis igitur quantuscumque naturae motus ne minimam quidem aquae guttulam producere possit aut unquam potuerit; quanto minus terram, solem et totum universum ex chao educere potuit: si deus haec omnia eidem

-ribus nunc derivantur ac requirantur nec a legibus formari potuisse; cur ergo horologium nullum eo quo regitur motu unquam casu indutum est? cur ex eo quo tuus equus nutritur cibo nullus tibi nascitur equus?

Sectio 2da
De affectionibus Corporum generalibus
Articulus 1us
De Corporum impenetrabilitate et extensione

Dum Corporum elementa uniuntur eorum natura exigit ut extra se invicem existant, atque hæc eorum proprietas vocatur impenetrabilitas item soliditas. Cum ergo corpora sint elementorum aggregata sunt quoque impenetrabilitate seu soliditate prædita, vi cujus extra se invicem existere postulant et a loco suo se aliud corpus excludunt.

Soliditatis ideam tactu acquirimus: videlicet in corpus tangimus resistentiam sentimus, et eam ejus soliditati tribuimus, et potius pro soliditate accipimus, resistentia autem illa certissimum est præsentiæ corporis argumentum, ut recte canit Lucretius.

Tangere enim aut tangi nisi corpus nulla potest res. corporum fluidorum et [illegible] ac durorum soliditatem animadvertimus, ea scilicet fluidorum corpuscula exilissima sunt ac mobilissima et vix sibi invicem

cohærentiæ; ideo q: minimo conatu loco dimoventur atque
expellant in eis resistentiam sentimus; hinc sola
corpora dura aut saltem durinscula vulgo dicta sunt
solida
ob eam causam et insuper quia aerem nobis circumfuso
semper tangimur et aliter premimur aeris tranquilli
soliditatem licet incedamus et observamus, aerem tamen
solidum ee et impenetrabilem probat sequens

experimentum

vas vitreum inversum perpendiculariter in aquam demergitur,
sicut frustulum suberis aquæ supernatans intercipiat:
et observatur aquæ superficiem vasi subjectam deprimi;
eoque magis quo profundius vas vitreum demergitur quod
suberis supernatantis depressione manifestum evadit.
nulla autem depressionis aquæ ratio ee potest, nisi quod
in illo vase vitreo concludatur aeris massa ex partibus
solidis et impenetrabilibus composita.
hinc patet 1o cur nullum vas impleatur inversum
liquori perpendiculariter immergitur
2do cur liquor difficulter influat in lagenam cujus
totum collum infundibulo clauditur. quando tela corpus,
clavi murum, pali terram &c penetrare dicuntur
id non notat, nisi pervadere, perforare, protrudere &c.
improprie quoque ignis ferrum, aqua spongeam &c. quorum
poris insunt penetrare dicuntur
ex elementorum impenetrabilitate oritur quoque ipsa
corporis extensio dum enim elementa uniuntur, vi
impenetrabilitatis extra invicem existunt: jam autem
extensio est multorum extra se invicem existentium

coexistentia in [illegible]uno: [illegible] &c

in oi corpore observat 3plex extensio, longitudo, latitudo et profunditas: triplicem hanc extensionem statunt Cartesiani mae essentiam; maam enim nihil aliud ee qm rem extensam et ipsammet extensionem arbitrat: hinc vacuum ee impossibile demonstrat. verum in triplici extensione consistere nequit essentia corporis nisi matematicé accepti; nam extensio o e id q sim in corpore concipit sedes alioquodam priore datt nempe ex unione ptium impenetrabilium.

Determinata extensionis mensura vocat magnitudo, quae proinde nil aliud e qm major minorve corporis extensio. oe. go corpus suam habet magnitudinem; unde parvitas o e determinata absoluta sed relativa et nullum enim corpus dici pott parvum, nisi in rn ad aliud q majus e

Articulus 2dus

De Corporum figura

Cum magnitudo seu extensio infinita o. sensus ac rationis etiat sit impossibilis; corporum extensionem limitatam ee oportet; atque adeo cuique corpori sui sunt limites sed limites extensi figura appellat q libet go corpus figura praeditum e.

Figura quae physice spectata e ipsa corporis superficies [illegible] ipsummet corpus extremum generatim dividi pott in rotundam, angulosam, et mixtam tanta autem e in rerum naa figurarum varietas, ut corpora oia e ea quae in sensibus apparent neque majora et etiam insensibilia inobservabilia, sed minutissima quaque tum certa tum alia

diligentius inspecta aqua diffusa deprehenduntur

o sine ac oblectamento varias animalculorum
quae propter exiguitatem non apparent et exiguarum
quorumvis corporum particularum figuras microscopio
contemplaberis. exempli gratia in aceto aeri
apperto, o tu nimio soli aliq dies exposito observabis
animalcula anguillis simillima

si in aqua eodem modo exposita maceraveris foenum
minutatim concisum, paleas, flores etc v dimidiosam
alicujus lacus aquam assumpseris plurima in ea
deprehendes insecta quorum aliqua te cernente
alia devorabunt

in una guttula aquae ex ostrearum conchis ab aliquo
diebus eductae spectabis innumera animalcula
celerrime discurrentia, cauda et pennis destituta

cyprinis fere similia.

casei putrescentis abrasi pulveres scarabeos
demonstrant multipedes

pulveres ex alis papilionum excussi totidem elegantissimas
plumulas varie coloratas referunt.

evaporata super laminam vitream aquae gutta in
qua sal dissolutus fuit supersunt exilissimae salis
particulae ab invicem separatae et pro salis varietate
diversimode figuratae! scilicet particulae salis marini
cubulos, salis petrae prismata lanceas seu acriculas,
sacchari globulos exhibent

granula arenæ apparent pellucida angulosa variis extantiis aspera, Lecheri candi frustis ... ab similia: et hinc ... fit.

1º Cur arena præsertim alba conficiendo vitro sit idonea, ipsa etenim nihil aliud est quam vitreorum fragminulorum congeries, violentissimo autem igne ... et ... magis granula et salibus ... inter se uniuntur.

2º Cur sabulum tantam abstergendi vim habeat: quippe præ duritie angulosaque superficie suorum granulorum ita corrodit poros, et ipsa velut excoriet, et sordes illis inhærentes ... abripiat. humectatum autem ut nobile magis ac lubricum evadat atque adeo vasa mundanda ... stringat sudorque ... et ... diutius ... servet.

3tio Quamobrem lapides ex arenatiis granulis ... compositis duri et scabri contextu potius quam alii ad ferrum expoliendum et exacuendum usurpentur. ob eandem duritiem scabritiemque ex arena calci commista cæmentum fit egregium nempe calcis viscositas, firmatur arenæ granulis quæ suis insuper ... subeuntes poros lapidum cohæsionem mutuam firmissimam faciunt.

diversa particularum eorum magnitudini et figurae tribuendum videtur quod dicitur corpora alia sint sapida alia insipida alia odora, alia inodora; adeo ut sapor in ipsa re quae sapida dicitur nihil aliud esse videatur quam corpuscula ejusce configurationis ut in linguam subeuntia ejus contexturae ita applicentur ipsamque ita moveant, ut inde oriatur sensio, quae gustatio dicitur et odor nihil aliud in re odora quam ipsa corpuscula ejusce configurationis ut in nares subeuntia organi contexturae ita applicentur ut inde fiat sensio, quae olfactio seu odoratio appellatur

notum discrimen est inter saporem et odorem quod cum ille sensum movere non valeat nisi ipsa res sapida admota organo fuerit, ipsumque attigerit, hic moveat eminus, et re odora procul ab organo sita penetret usque ad imas nares; adeo ut, cum organum gustatus exprimat saporem ex re, organum olfactus excipiat odorem ultro adsentientem et a re transmissum. Sapores et odores ut dici possunt esse in rebus, quae sapidae aut odorae vocantur, quatenus eatenus corpuscula certam habent figuram saporis et odoris excitandis idoneam. Sapor enim non est proprie nisi in ipso ore et odor in ipsis naribus

et sola saporis aut odoris efficiendi causa
ē in ipsis rebus, ipsa contextura aut corpusculis
hujus vel illius configurationis, quam eandem articula
Qua cum compungor causa doloris et ē ipse dolor
ut ē.
Itaque inter rei corpuscula et texturamque organi
specialem oportet esse commensurationem ad saporem
odoremve excitandum, alias insipida res aut inodora
vocatur. pro varia autem corpusculorum magnitudine
et figura, varia quoque ē ista commensuratio et
varius proinde sapor vel odor.
Quippe corpuscula ō nulla sive odoris sive saporis, aequa-
=bili sunt superficie et ipsis organi particulis accomodata,
ō nulla vero aequè pluribus et majoribus [illegible] instructa
organique porulis absimilia; hinc fit ut alia organum
deliniant, demulceant, leniter placideque afficiant
atque ita sive saporem sive odorem suavem et dulcem
generent: alia autem organi particulas compungant,
concidant, convellant atque adeo organum ipsum
dilanient, discerpant, asperiter moveant &c;
unde sapor odorve insuavis et molestus oritur.
Octo passim sapores simpliciores recensentur
nempe: dulcis, pinguis, salsus, acidus, acer,
amarus, acerbus et austerus; ex quibus varie
mistis caeteri oēs, quos mistos vocare licet, pullulant;

verum explicari nequit cujus nec et figura ee oporteat Corpuscula, aut qua ratione movendum sit organum ad Sapores istos excitandos

interum tñ ad dulcedinem videntr requiri cpuscula flexilia lubrica et rotunda ut organum leviter titillent, deliniant etc

ad acritatem rigida et acutissima ut organum durius et profundius pungant ut in pipere et sinapi. si vero organum corrodant sapor ē salsus ut in sale; v acidus ut in aceto: si stringant et contrahant ē acerbus, ut in pomis, pyris &c immaturis; si detergant et quasi evellant amarus ut in absynthio et fuligine.

si exasperent, austerus, ut in aqua forti, rebus putridis &c.

Sapor pinguis in in ossium medulla referre posse videtr ad dulcem

odores nomen suum plerumque sumunt ex ipsis rebus et ita alius dr violacius, rosatius, citrinus etc. tam etsi eadem res sapida sit et odora sit, diversa nihilominus in ipsa st corpuscula quorum quædam gustatui quædam olfactui commensurantr. diversa autem ēē v ex eo patet, q plerumque res, cujus odor gratissimus ē ingratissimi sit saporis; item q, licet corpuscula odoris ad linguam

appellant, sensum tri... Sui o faciant, q insuper volatilia sunt atque in aures effunduntur, ideoque saporum corpusculis quae o nisi verum sapidarum dissolutione in organum effundi possunt, multo subtiliora.

Sal videtur esse praecipua in rebus tum saporum tum odorum causa: vix enim quidquam sapidum e aut odorum ex quo extrahi sal o possit, quaeque extracto sale o reddatur in sapidum et in odorum.

accedit quod corpora magis sapida et odora plus quoque salis fixi et volatilis continere deprehenduntur. Diversorum autem salium commixtione tum inter se tum cum variis aliis rebus, quae salium corpuscula rariora aut crassiora faciant, ipsorum fasciculos aut se varie obtegant revelent, et commutent, omnem odorum et saporum varietatem creari posse manifestum est.

Calor ut plurimum salis saporem conciliat, quia fibrarum poros calore laxantur eorumque particulae inter caloris exagitatae, minus inter se connectuntur; atque adeo ab humore linguae liberius eruentes, effectius dissolutae et ita copiosioribus saporis corpusculis organum impellitur.

resquoque oes calore magis, quam frigore urgente olent: quia odoris corpuscula motu caloris discussa a caeteris excernuntur, abscedunt et in aerem diffunduntur. Corpuscula autem illa aliis quandoque particulis aëreo involvuntur et implicantur, ut non nisi rerum combustione aut saltem vehementiori fermentatione aut putrefactione sensibiliter evolvi et explicari possunt. Odores alii aliis immistis confusionem aliquam faciunt, et haec causa reddi potest, cur vere minus quam autumno canes indagantur ferarum vestigia; quia nempe ver innumeros per aerem odores fundit. cum autem hyeme ob frigus odores fundi prohibeantur, aestate vero ob nimium aestum nimis dissipentur; hinc est quod canes etiam sint hyeme et aestate minus sagaces.

Itaquoque quod vehemens est calor, halitus odoriferi circa meridiem magis dispergantur, et propterea minus organum afficiunt quam vespere; nam tunc remittente calore aer eique innatantes halitus odoriferi condensantur, atque ita in aere densiori magis est conferta odoris corpuscula inspirantur, quae sensorium magis quoque commovent.

Cum odores in aere fluctuent, vento longe lateque quandoque distrahuntur, sic odor rosmarini

littorum provinciæ ad 30 milliaria in mare
diffundi prohibet, ita in italiam navigantibus
quando Citreæ Sylvæ florent, florum dulcis
odor per multa milliaria occurrit.

Organum olfactus proximum est membranula
~~papillosa~~ intimas nares vestiens, quatenus pellam
dr. dividit autem in innumeros nervulos, quorum
papillulæ corpusculis odoros percelluntur, et aer qui
est vehiculum halitus odori, inspiratus, urgentique
eadem violentia qua aer inducitur; inquiditur vero
olfactio quando aer expiratur.

Qui rem odoram naso adnotam diu tenent, aut incer-
[illegible] odoribus loco diutius degunt, odorem amplius
non percipiunt quia odoris corpuscula sunt ingressa
humiditate quasi irretita, non nihil harent, ac
particulis vias obsident atque obturant, adeo ut
quæ eis similia superveniunt, penetrare et nervorum
papillas seu extremitates percellere nequeant.

Organum gustus in lingua præsertim residet
in illam distribuuntur nervi gustatorii quatenus
par nervorum capitis quorum papillæ et contexta
sunt cuticula tenui admodum et valde porosa.

ejus poros subeunt saporis corpuscula, et nervulorum papillas diversimode afficiendo, diversas saporis species progignant.
Cum autem sales et alia sapida sint exsolvenda, ut organum subire valeant, sua specialis humiditas linguae concessa est, ut ex rebus humectatis salem ducere possit, ac in se ipsam inducere; concessa aliunde vi motrice, qua se ad palatum comprimat, ut sapidus succus ex re exprimatur et in organum penetret.
Saporum et odorum varietas non modo a diversa particularum magnitudine ac configuratione, sed etiam ab organi diversa dispositione et textura pendet: cum enim una eadem res sapida vel odora incurrit in organum hoc illove modo dispositum aut contextum, ipsum quoque hac aut illa ratione movet et afficit; a diversa autem organi motione diversam oriri sensationem necesse est.
Hinc cum in diversis non modo animantium generibus verum etiam hominibus nativa organi conformatio contexturaque diversa est; ideo potest res eadem, quae istis jucunda est illis esse injucunda, quatenus nempe corpuscula eadem non possunt diversis texturis eadem ratione accomodari, ac proinde necesse est delectent istas et illas exasperent, laedentve

vulgare hoc dictum de gustibus non est disputandum

eidem est hoc variata per ætatem & morbum aut alteratione organi constitutione, eadem res apparet mutati saporis aut odoris in qua mutatum tamen nil est, quia propter mutationem in organo factam, ea corpuscula, quæ exempli gratia ei congruebant ac lenitter sese in ipsum insinuabant, nunc non amplius congruunt sed organum lacerant.

Crebro diuturnoque usu aliquorum eduliorum paulatim quædam quasi plicaturæ seu rugæ constantesque sinus in linguam inducuntur seu firma vestigia imprimuntur, adeo ut quæ rei sapidæ prius non congruebant corpuscula deinceps quam optime congruant, & quasi afficiunt ut assueti requirant cibos quos rejecerunt in assueti

Sapores fortes liquorum spiritibus abundantium, ciborumque aromatis conditorum gustus organum quodammodo terunt, obdurant, atque adeo hebetant, ut tandem aliorum saporum sensu penitus careat.

Si organum obstructum est rei alicujus v.g. dulcis corpusculis, tunc pene incapax est, ut ab aliis similibus supervenientibus moveatur: si autem alia res sapida apponatur a cujus corpusculis seorsim delacerentur, vi ab ipsis nunc in alius linguæ inhærentibus.

commixtis suavitas quasi titillat. Cum ob rem salsa acidaque condimenta, futura alioquin in suavia, a saturis tm querunt et usurpant suavitatem

tandem linguæ humor ad sapores quoque conducit. hinc spissa et viscosa potatorum saliva rebus sapidis dissolvendis minus idonea, et linguæ adhærens, porosque ejus replens, causa e cur non delectentur nisi pungentibus.

porro linguæ humor salsus e sicque aquam puram efficere potest sapidam, atque id circo expetendam. tanto enim aqua sapidior e et dulcior, quanto lingua e aridior, seu habet minus humoris et amplius salis, q ex solutum linguæ afficiat.

Cum aqua de se sit insipida, linguam leviter tt abstergere nullatenus pungere potest, et ita organum o modo o retundit, sed potius exacuit. ea de causa qui aquam bibunt subtili admodum ac exquisito palato gaudent multoque majorem qm cæteri, ciborum suavitatem sentiunt

Articulus 3tius
De Corporum porositate condensatione et rarefactione

Corpora pro diversa corpusculorum, ex quibus componuntur magnitudine et figura diversaque suarum partium unione sibi varius poramenibus seu poris fistulas, receptes habent

multis ac variis interstitiis et meatibus interruptas.
Nullum corpus notum poris omnino caret. Quis spongiae,
cutis, pulmonis &c cavernulas et foraminula non observavit?
Caetera corpora suis quoque gaudere poris probant sequentia
experimenta.

Experimentum 1um.

Calefacto tubo ferreo, hydrargyri seu mercurii pleno,
et firmiter obturato mercurius ob calorem expansus
per eius poros calore quoque dilatatos exsudat.
Aurum sum corporum ponderosissimum ideoque omnium
minime porosum, mercurio facile imbuitur, nec non aqua
regali dissolvitur: innumeros ergo poros habeat necesse
est; adeo ut in Newtono conjicere liceat sub centro
auri volumine plus esse spatii auro vacui quam auro
pleni. Quanta igitur corporum minus gravium seq. aquae
aeris &c porositas!

2dum

Vasculum cui fundus ex spisso corio bubulo et mercurio
plenum, cylindri vitrei cavi summam extremitatem
accurate obstruit: ex cylindro ope vasis pneumatici
aer educitur et illico mercurius pressione aeris sibi
incumbentis adactus, corii poros per vadit et lapsu suo
pluviam argenteam in cylindro exhibet.
Mercurius corio teneriori inclusus ac manu leviter
compressus transudat et ita a sordibus immixtis
separatur.

Animalia pp pelles suas poros innumero etiamo exhalant Corpuscula, ita quidem, ut ex Santorii medici observationibus constet alimentorum ab hoc contumptorum 5/8 insensibili transpiratione abire.

Animantia et insecta, quae sine ullo prorsus cibo pp plures menses hyeme sopita jacent, tanto torpore corripiuntur, ut cessante poene motu totum Corpus obrigiat atque ita vix aut nihil exhalet.

Experimentum 3tium

Si vasculi istius aquâ jam pleni fundus fuerit ex ligno quercino adversis fibris resecto et tres circiter lineas crassus. et ex cylindro extrahitur aer, aqua p. lignei poros stillat.

humor corporum poros subiens eos paulum dilatat atque ita corpora ipsa plerumque magna vi distendit. sic et humectantur cunei lignei in lapidum rimas intrusi praegrandes lapides expansione sua abundicem separant.

Vapores atmosphera in fluida quaque =bilitur sese quaqua=que diffundere nituntur atque adeo in lignorum siccorum poros sese ingerunt; sic cessante autem aere exius erumpunt. hinc fenestrae, januae etc. nunc tumescunt nunc detumescunt; Quae earum partes humori imbibendo o. sei pariter obnoxiae sunt, varie inflectuntur et incurvantur ut his mutationibus occurratur ligna vernice aut colore aliquo oleoso imbuuntur

experimentum 4tum

ovum in scypho vitreo aqua immersum recipienti vasis pneumatici supponitur, exhausto recipienti aere, ovo inclusus aer liber ab expressione externi aeris sese dilatat et per poros erumpit, adeo ut totum putamen bullis aereis obducatur, et e poris latioribus totidem salientes aeris fonticuli

Ova vernice adipe ovina, aut sera lique facta obliniantur, ut poris ita obturatis nihil expirent, 6 plurimve mensium vetustatem ferunt atque è tum recens edita videntur praesertim si fuerint sterilia alias umbilicus ipsis sibi circumvicina corrumpit.

Ova, quae sic oblinita fuere, post unum alterumve mensem vernice adipe aut sera prius absterso feliciter quoque incubantur

experimentum 5tum

in fronte libri 400 aut amplius foliorum litterae exarentur liquore qui ex aceto stillato et lithargyrio componitur eis exsiccatis liquore alio aut ex auripigmento, calce viva, et aqua composito, extremum libri folium ungitur, et ecce, clauso per aliquot minuta libro, quae in fronte scripta sunt nigrorem induunt et per facile leguntur. hi liquores atramentum magicum et sympatheticum compellantur: seorsum fere limpidi sunt sed ubi miscentur nigrescunt: in quo liquor oblinitorius corpusculos ac subtilissimos vapores exhalat, qui foliorum poros facile pervadunt.

et occursu suo priori liquore nigritiem inducunt.

Variis aliis modis effici potest ut litterae ac picturae prius non aspectabiles sub aspectum veniant, verum de his in theatro experimentali.

Corporum poris, angustissimis forte exceptis, inest materia aliqua fluida, a propria corporis materia diversa, quae salvo corpore abesse potest, vocatur quoque peregrina seu aliena. v.g. in spongiae siccae poris continetur aer, qui ex iis aspectabilis erumpit, dum spongea in aquam demergitur. Sic quoque in ferro candente multum ignis, in aqua multum aeris in aere multum aetheris seu lucis continetur.

Volumen seu apparens magnitudo corporis est aggregatum ex materia ejus propria et poris in ipso obviis; ac proinde adaequat spatium imaginarium, quod superficie corporis concluditur. moles autem seu massa corporis est summa omnium particularum materiae ex quibus compositum est corpus adeoque solam ejus materiam propriam non poros neque materiam alienam complectitur dum itaque corporis pori amplificantur aut contrahuntur crescit vel decrescit volumen, licet moles non mutetur.

ratio molis corporis ad ejus volumen densitas appellatur. atque adeo quo major est moles et volumen minus, eo major est corporis densitas. igitur corporum densitates sunt in ratione directa massarum et inversa voluminum, ac proinde sub aequalibus voluminibus densitates sunt in ratione directa molium, et aequali posita mole densitates sunt in ratione reciproca voluminum.

licet corpus aliud arctiores habeat poros, et idcirco altero densius est; quanto enim pori ejus arctiores sunt, tanto plures esse possunt.

Condensari dicuntur corpora, quae salva mole in angustius rediguntur volumen, seu minus spatii quam antea occupant; rarefieri autem quorum volumen massa non mutata augetur.

Condensatio igitur corporis poros constipat, cogitque partes, ut sibi invicem fiant propiores; rarefactio vero partes a se invicem distrahit et efficit, ut interstitia plura aut ampliora intercipiantur; unde totum discrimen est penes poros et meatus interceptos.

Duplex est rarefactionis et condensationis corporum causa, interna nempe et externa. rarefactionis calor, condensationis frigus causa interna est: sic rarior est aer aestivo quam hyemali tempore; aqua bulliens rarior quam alia; ferrum calidum rarius quam frigidum. Quod si aliqua corpora ut lutum, ovum [illegible] calore condensentur, hoc inde est quod eorum moles secretione particularum aquae aut aliarum vi caloris exhalatarum minuatur; nix autem ex calore condensatur; rarescit vero aqua gelascens, ubi expanditur. spongiam manu nunc deducis, nunc comprimis, rarefactionis et condensationis causa externa est. Observatum est corpora omnia dura comprimi seu a causa externa extendi posse. aer quoque magna compressione capax est, caetera fluida, ut fumus, flamma etc. sese experimentis nostris subducunt. ast liquida omnia

quibuscunque tentaminibus explorata nullius compressionis signum dedere. Sic aqua globo metallico inclusa et maximis viribus compressa in angustius spatium cogi nunquam potuit. ita quoque si in sancti experimento, aqua licet pondere mercurii, atmosphaerae pressionem ter exequante pressa non condensatur.

Experimentum.

Siphone vitreo opposito, cujus unum crus sit 2 pedes aliud unum pedem circiter longum, mercurio in curvaturam infuso, crus minus aqua vere exsiccata impletur, ac firmiter obturatur; crus aliud completur mercurio, aqua tali mercurii pondere pressa ad majores quam antea angustias non adigitur.

Exinde tu non recte inferretur aquam caeterosque liquores quantacunque vi externa condensari non posse cum eorum particulae quamvis minutissimae suos habeant poros neque ita se contingant quin innumeros meatus intercipiant, comprimerentur tandem si satis forti pressioni subjici possent.

Si liquida maximis viribus comprimi nequeunt hoc magnam utilitatem habent; nam alias non adeo facile succos ex plantis, oleum ex seminibus, vinum ex uvis hic exprimerentur; imo nequaquam exprimerentur. Si liquida ac solida quibus inimiti comprimi possent

generatim varia particularum corporum magnitudini figura contexturæ ac unioni atque inde emananti pororum diversitati tribuendum q alia aliis et facilius et amplius condensentur et comprimantur

inde quoque generationis ratio repetenda e cur fluidum quodpiam unius corporis, ē alterius, aut facilius unius qm alterius poros subire valeat; hæc siquidem et particularum fluidi et pororum corporis accommodatam ac congruam magnitudinem et figuram postulat. sic spiritus vini et cera liquefacta, ē vero aqua nec plures alii liquores in marmor penetrant; sic aqua fortis dissolvit ferrum, cuprum, argentum ē aurum ē vitrum, ē ceram: aqua regalis dissolvit aurum ē argentum &c

plerumque ē fluidum pervadendo poros alicujus corporis aut peregrinam machin. sibi consociando figuram induit, poris aut particulis alterius magis minusve convenientem.

ex his omni possunt attractiones illæ et repulsiones, aliique effectus naturales admirabiles, quorum causæ nos latent, ad et qui vulgo ad sympathiam, antipathiamque referri solent; sed perinde ē ac si ad qualitates occultas referrentur, quippe utrumvis effugium ē ac tenuis inanis, nisi condiscere

se mutuo attrahere complectique per sympathiam aut repellere disjungique per antipathiam dicuntur intelligatur insensibilis aliqua impulsio atque ea ratione fieri qua fit sensibilibus in caeteris corporibus nullo alio discrimine quam subtilitatis et crassitudinis corporum impellentium. generalis enim ac familiaris est rebus naturalibus agendi patiendique modus, qui in eo positus est, ut nullus effectus sine causa sit ut nulla causa sine motu agat, ut nihil agat in rem distantem seu cui non sit praesens vel per se vel per organum &c

pro similium effectuum explanatione notare quoque juvat corpora nisi omnia saltem plurima esse totaliter perspirabilia, et posse continuo exstare in illa, ex illis in haec insensibiles effluxiones

itaque non alia inter homines sympathia aut antipathia esse potest, quam certa motio, praesertim in oculi retina, opticoque nervo quae ad cerebrum perveniens sensorium commune ita afficit ut pro perceptione grata aut ingrata sequatur affectus vel propensionis vel aversionis

a simili causa originem ducere potest innatum odium quo ovis ipsum pullus milvum etc est non prius visum aversatur. Sed notandum in hisce et similibus non esse mutuum ut putant odium, reciprocamque inimicitiam: nam ovis quidem odit lupum nec immerito ab illo enim dilaniatur at lupus ovem non proinde odit, sed amat potius, tanquam

rem sibi conducentem et gratam. porro lupus in ovem inhiant, in ipsam convertit tacitque emittet provios quasi radios corpuscula ve exibrat ex segete eorum, que discerpendo ovi sunt nata, queque subire in oculos sensoreumque ovis possunt quum moleste afficiunt et ad refugiendum compellant. mirabile certe est, videre quod numquam suum gregem in medio foro grumientem, torveque obtuentem pertranseunte quod procul lanio sed et ipsa vestigia interfectorum recens sunt, que in vestibus, manibus, cultrove remanent, spirare adhuc videntur eadem similem, ob emissa corpuscula, que vim separata in solitoque motu donata, organum percellunt horroremque creant, quod absimili modo dici [illegible] commoveri occisi recentis sanguinis ad occisoris praesentiam, si tu hoc quod cinoo falsum sit: nimirum possunt appellentia ab occisore corpuscula, iis continuo lia que occisio=nis tempore honorem summum incusserunt, occisi spiritus in sanguine superstites concitare atque ita sanguinem ipsum commovere

plantae aliquae ex eo censeri possunt amicae vel inimicae quod effluvium quaedam ex una in aliam [illegible] derivat quo vel enutriatur ejus fructus maturescant vel fibrilla ejus distrahant et dissolvant ipsa que tota languescat aut potius quod punctim

satæ v. alimenti ejd: gaudeant, unde utraque alterave, quæ ĉ sit 'p[illegible] attrahendo potens marcescat, ut dicitur de brassicâ et rutâ, de filice et arundine, de quercu et oleâ: aut altera alimentum altri noxium inutileve, sibi tn utile seruat, unde alterius proventus lætior quomodo allium prope rosam satum p[illegible] ipsam odoratio=
=rem reddere; &c.
hic quoque attingenda videtur vis unguenti quod vulgo armarium, magneticum, et simpatheticum nominant, cuique parva ab altero saculo tribuuntur pulveri ex ~~[illegible]~~ chalcantho seu vitriolo calcinato. quem itidem solent simpatheticum vocitare.
Scilicet cruore jactatum e curari illius actione vulnus hois multis milliaribus distantis, modo applicetur gladio vesti linteo, ligno aut alii rei sanguine, sanie ve quæ ex illo manarit infectæ. Verum si id excipias, q. sita in chalcantho astringendi vis, ac intercedendo sanguine cicatriceque obducenda insignis, q. quæ spiritus ab eo exhalatus ejus sit energiæ quæ ad parvum ~~[illegible]~~ vallum promota possit exeri, facilius q. halitus ille locis humidis adeoq. vulneri, præsertim si particulis sanguineis conjunctus fuerit, adhærescat qm aliis, q. supra e, pro re. nere fabulosa habendum e quantumcunque plurima exempla curationes hujus passim celebrentur: nisi illum quippe

dicta quousque procedat humanae mentis credulitas in rebus admirabilitatem quandam habentibus, quamque pauci sint qui decipere aut decipi nolunt aut possunt.

Sed quid de perpetua dissonantia cordarum quarum una ovina e altera lupina?
Quid de periculo imminente ei cujus urina sanguis in ignem conjicitur? Quid de vi sanandi qua pollent quaedam fructus e in pericula portanti abit in putridum eburneum? Quid de signaturis similitudinibusque plantarum aliarumve rerum?
Quid de amuletis orbus? Et haec innumeraque alia similia in somniis ac meris deliramentis annumeranda sunt.

Quae autem, prout e multis placet, alterius corporis qua parte idem inflexerit, et arcanis similitudine qua parte momorderit, emissum a se virus retrahunt aut sistat videtur id fieri posse ea ratione, qua lixivium ex sapone elicit, educitque ex panno oleum aliasve impuritates, uti enim particulae olei, quae in panno sunt, consociantur facile particulis olei, quae in sapone, istaque illas unde abducunt, et abducuntur ipsae a salibus, cui individue cohaerent, et salium aqua expromuntur cum e intima commixtione; ita veneni particulae, quae in plaga sunt, facile consociantur iis, quae in alterius animalis

hæ vero, & post collisionem versus Corporis actis
neworlorum ope retrahuntur illas Sl retrahunt etc,
ipsa plaga ducunt ac velut ex sequuntur. Sed hæc
de rebus jam nunc
porro de attractionibus et repulsionibus tum
magneticis tum electricis quæ disquisitionem longiorem
depotunt specialibus locis discerendum

Articulus 4tus
De divisibilitate
Corporum

Oe corpus dividi potest. & enim corpus ens compositum
adeoq: ptibus praeditum: sed ptes illæ & necessario inter
se uniuntur: divulsione ergo sua eorum divisionem efficere
possunt.
itaq: q cumque corpusculum, quantulacumque maa ptiula
semper dividi absolute potest; & tn in infinitum divisibilis e;
quippe divisione tem solo conceptu repetita tandem
desinendum e ad ypta maa elementa ptr. ptium
carentiam absolute insecabilia. deinde repugnat num:
ptium infinitus, et proinde cujusvis ptes finitæ sunt
hinc patet communem de possibili maa in infinitum
divisionem opinionem paradoxam esse et absurdam.
ptes, in quas maa dividi potest, & finite, & infinite
sed in definite dicuntur hoc repugnare videtur communi
intellectui: nam e finitum atque infinitum st contra=
dictoria: atque adeo negato uno asserendum e aliud, quatio
autem & solvitur in subjectum eas ee indefinitas, hoc e, tot
ut numerus earum a nobis definiri & possit: itemque tatio

o e quo se modo ipsi comparatae ad nostram notitiam ignorantiamve habeant, sed quomodo in se absolute sint finitae an infinitae ad attendendum esse oportebat, neque ad hoc obstare nostra seu notitia seu ignorantia variat. Perinde est, ac si quaereretis utrum pares an impares. Qui in cujus pyxam arca sunt nummi? responderet vero eos esse aut pares, aut impares, sed indepares, ut sane hoc verbis luderet neque faceret quo minus nummi alterutrum forent ita merus lusus verborum videtur, dicere ipsos aut finitas aut infinitas sed indefinitas, et nihilominus alterutrum sunt.

Licet vero in infinitum dividi nequeat, ita tamen est ejus divisibilitas, ut seu imaginationem vim superet. [illegible] tum nempe e in agnoscenda subtilitate, habitudineque [illegible] humanorum sensuum et in attendenda naturae subtilitate in [illegible]: ea enim quae nostro visui apparent minima, ipsi naturae sunt maxima, ipsaque plures in mili grano quam hoc in cantaso, imo in tota tellure, ipsi distinguere possit sic ope microscopii videmus nunc granum de tenuissimi pulveris ipso magis repraesentari et cum distinctissime quidem facerculi angulique de quibus ne venire quidem in mentem suspicio potuisset. Atqui diameter pulvisculi microscopii visi sit ad minus centupla ad diametrum cerea visam, dicere licet saltem in quam vim cogita et microscopium perfectissimum et ut ad visum quemque visum consistere semper longe infra naturae industriam et agnoscere remansisse propemodum nullum corpus dividi nisi ipsum nexus motu solvat atque adeo nisi ipsi aliquae moveantur aliis immotis

v remissius v in aliam directionem motus plerumque
praesita moventis Corporis impellentis interpositur, sed
Citrii lamina interpositur penes dividitur : idemque fit
in sexto experimento

Experimentum sextum

infra et supra nummulum 3 quatuorve filis ferreis
aut aculeis breviculis impositum, accenditur flos
sulphuris : eo combusto, nummus in duas lamellas
divisus deprehenditur, quarum una plerumque altera
multo tenuior est
nimirum subtilior pars sulphuris praesertim acidum
vitrioli, quod sulphuri inest, per inflamationem evoluta
utrinque in nummum calore dilatatum penetrat
ibique in uno eodemque plano haerens, interpositione
sua metalli laminam a nummo separat.
hinc ut massa aliqua se penitus permanentes inter
ponitur alia dissimilis eisque connectendis haud idonea
eo sane quo solvitur modo, rerum nexus impedire potest.
Id circo forma in quas sera, sulphur &c funduntur
liquore aliquo oblinuntur ideo est ad foliatias
placentas aliaque plura opera pistoria conficiendas
farina subactae butirum frigidum inducitur et quoties
postea farina plicata fuerit totidem in opere
cocto folia distinguuntur
aliquando tamen interposita massa alius pro vinculo,
sic glutine connectuntur asseres, metalla ferrumine

ea glutinis lique facti adunca et implexa Corpuscula in poros asserum utrimque sese ingerunt, $\frac{a}{b}$ autem in eo humidum e profundius penetrat atque ita gluten brevi indurescit et asserum Cohaesionem innumeri ejus uncini intercedentes firmissimam faciunt.

Similiter in ferruminatione particulae plumbi et stanni quae sibi mistae ferrumen constituunt, ferri calidi contactu fusae subeunt poros metalli eos calore dilatatos eis per refrigerationem brevi constrictis implicantur, atque ita ferrumen fluiditate interum deperdita metallorum superficiebus adhaeret easque in mutuo contactu firmat. ferrumini o nil picis resinae jungitur ut ejus liquiditas augeatur.

Experimentum 2dum

in amplo vase cristallino unicum Carmini granum solvitur, et eximie colore rubro decem aquae pintae participarunt, seu 20 librae tinguntur. si autem unum granum sit ad 20 libras ut 1 ad 184320, si in una aquae guttula ponderis unius grani decem sit carmini particulas contineri statuas unum illud granum in 1843200 particulas divisum fuerit.

Experimentum 3tium

Liquor odoris vel lavendulæ seu Spiritus vini lavendula refertus, lampadis flammæ impositus per 2 vel 3 minuta bulliens, sine sensibili voluminis diminutione odore implet integrum conclave 12 pedes longum et latum ac 10 altum. ubi si quælibet pars cubica tot particulæ odoris insint 9953280 computabuntur licet tam particulæ exhalatæ vix solummodo lat. cubicas liquoris æquent et pro maxima parte aquosæ sint et inodoræ.

Item unius grani moschi odor incommodus percipitur toto 20 annorum spatio in conclavi cujus aer quotidie renovatur

Experimentum 4tum

uni scypho imponuntur foliola cuprea alteri limatura ferri utrique affunditur semi uncia aquæ fortis: mistura illa colorem viridem induit vapores exhalat et incalescit exagitantur foliola eorumque volumen sensim decrescit et tandem penitus exsolvuntur limaturæ solutio eodem modo sed citius absolvitur et aqua fortis colore subrubicundo tingitur

Expectatur particulæ aquæ fortis sunt veluti totidem spicula exiguæ lanceæ seu cunei tenuissimi qui vi quadam animati satis per specta in poros æris et ferri intruse eorum latera concutiunt ac disrumpunt eaque in minutissima fragmenta divisa per totam aquæ massam dispergunt atque ita ei alium colorem induunt. Calor autem ex hac violenta partium commotione ac dissolutione ortus sensibiles vapores excitat.

Citius dissolvuntur limatura ferri quam praeterquam quod particulae ferri minus firmiter sibi cohaereant et propter minorem densitatem pluribus aut majoribus poris instructae sunt quam particulae cupri, limatura quoque magis ... majorem habet superficiem, adeoque major aquae fortis quantitas agit in limaturam quam in foliola cupri.

Quemadmodum aqua fortis ferrum cuprum plumbum argentum &c ita aqua communis terram salem mineralia aliqua &c dissolvet. hinc fontes aquae salsae bituminosae metallicae &c.

Dissolutioni quaedam species est infusio, in fusione autem certa ... pars corporis mixti absque sensibili ejus voluminis diminutione dissolvitur et per totam liquoris ... massam ... distribuitur

ad corporis infusionem est minus quam ad perfectam ejus dissolutionem conducit major corporis durities, ideoque ligna ... interveniente ... brasilianum et indicum ... infusionem continent ac communicant

Ad infusionem plurimum quoque facit calor liquoris in quo infusio peragitur. Calore etenim augetur liquoris fluiditas ejusque particulae motu caloris concitatae majori impetu ... corporis innumeris poris ipso calore dilatatos, atque inde facilius ... et avellunt certas corporis particulas motu caloris concussas atque exagitatas

huic liquamina in aqua bulliente coquantur ottius molestiant sed e ut succis acrioribus aliisq; palato ingratis exuanturprecipitatio metalli aut alterius corporis dissoluti v fit evaporatione liquoris solventis et sita sal abaqua marina segregatur; v addito tali corpore qui in liquore solvente avidius coalescat ideoq; efficit ut corpus ante solutum dimittatur. sic solutum in aqua forti argentum per cuprum solutum cuprum per ferrum; ferrum Zincum precipitatur. Notari hic meretur ea solutio qua ferrum in cuprum mutari videtur nempe vitrioli ferulei aut cupri in aqua forti solutioni ingeratur lamina ferrea, et aqua fortis ferri superficiem corrodit et ejus ptienlas avellit earumq; loco particulae cupri subeuntes quae ferro ad seculei [illegible] ejus superficiem obtegunt. tandem prodigiosam et ejusmodi divisibilitatem demonstrat quisque metallorum et praesertim auri ductilitas. quippe unicum auri granum in bracteas tam subtiles deducitur fuit ut juxta observationes Boili 50 pollices □os impleverit, in autem pollices □i latus 200 ptes nudis oculis conspicuas et ineat in pollice □o erunt 4000 similes pticulae seu quadratulae quorum latus e unius vigesima lo integrum certe granum dedit talium ptium 2000000, quibus pro duplici bractearum superficie duplicatis 4000000 ptium visibilium unius invenitur
ex quo quoq; auri pondere 4 unius onceam aliquando 6 excedit vestitur cylindrus argenteus oncearum 360. cylindrus

p arctiora et arctiora foramina trajectÿ donec ad illam tenuitatem recractÿ ut juxta accuratas observationes de Reaumur 97 leucas coextendi possit filum hoc tenuissimum tritÿ 2 deinde e neo cylindros transmissum intenuiorem adhuc amellam octava ca ipse iatam complanatÿ et ipsa complanatione magis extendetÿ ita ut 111 leucas adaequet! 2plex autem illius lamella superficies 220 leucas extendam efficit quae secundum suam longitudinem in 2 lamellas visibiles iterum secari atque ita 444 leucas coextendi possit. cum quae leuca 200 exapedas seu 12000 pedes contineat seu 144000 pollices, item pollex in 200 ptes visibiles dividi possit uncia auri ouncea in 127 8720000 spatium ptium nudis oculis conspicuarum etiamet analoga his sunt intra fila subtilissima ? scilicet eorum superficies et massa computantÿ

Articulus 5tus
De Corporum Duritie & Fluiditate

ex varia ratione diversaque vi unionis et connexionis ptium Corporum 2 genera potissimum a se aperte diversa resultant, alterum fluidorum seu liquidorum alterum solidorum seu firmorum et consistentium

Corpus cujus ptes ita unitae sunt et implicatae ut aegre a se invicem avelli ac separari possint firmum vulgo tr ac solidum: ? ejus superficies digito aut

alia re compresse facile inflectitur v. retrorsum cedit molle dr si vero o inflectatur nec cadat sed constans maneat ac rigida tunc durum compellatur atque eo durius quo partes ejus difficilius cedunt —

d ptium corporis ptium cohaesio adeo debilis e. ut v. gravitate sua libere obsequantur & cuicumque impressioni cedant et facillime inter se moveantur tunc corpus fluidum seu liquidum vocatur, et eadem hac indem de si ejus ptes superficiem politam et horizontalem nisi quid obstet immaunt atque adeo liquiditas e. species fluiditatis item fluida subtiliora qualia sunt aer ignis &c nomen fluidi retineint, crassiora vero ut aqua oleum etc liquida vocari solent

Corporum durities juxta newtonianos oritur a mutua attractione consistentorum corpora constituentium. hanc attractionem dicunt esse proportionalem tum superficiei qua corpuscula sese tangunt tum equalem quantitati eamq: decrescere plus qm in rtione cuborum distantiarum atque ita illam in contactu e. maximam in minima vero distantia sensibili nullam. hinc corporum fluiditatem solummodo repetunt a pticularum mobilitate earumq: figura sphaerica aut saltem sphaerica proxima

Carthesiani corporum duritiem et fluiditatem adscribunt actioni cujusdam fluidi ubique diffusi et aere multo subtilioris, q lucet poros vitri penetrat in ipsoque vacuo pneumatico residet, atque

et maxime luminis et aetherem et ignem et materiam subtilem vocant. Sentiunt fluidum hoc de cujus existentia vix ullus ambigit modernis physicus pressione sua efficere duritiem fluiditatem vero motu et agitatione sua, quatenus fluendo particulas liquidorum eas desociatet uetz adversus pressionem aetheris ambientis,

particulas corporum pressione alicujus fluidi in mutuo contactu affirmari posse probat experimento hemisphaeriorum magdeburgicorum quo aere interno vacua ob solam pressionem aeris externi firmissime cohaerent, tamen corpora dura in vacuo pneumatico collocata e diffluunt sed pristinam suam soliditatem et duritiem servent certum e aerem non esse duritiei causam: eam autem esse fluidum aere subtilius sequenti experimento stabilitur

Experimentum

plana marmorea accurate polita et sub recipiente vasis pneumatici horizontaliter suspensa firmiter sibi cohaerent sive recipiens fuerit aere vacuum sive plenum, firmius tamen hoc casu quam illo, ita planum inferius sustinere valeat majus pondus sibi appendum. jam autem certum est istum ponderis excessum aeris adeoque fluidi alicujus pressioni tribuendum esse, non vero attractioni ergo certum est existere fluidum aere subtilius restans pars ponderis a jicto plana quae insolita attractioni

Sed ipsius fluidi subtilioris pressioni potius attribuendum est

major porro istarum laminarum marmorearum adhaesio si earum superficies prius oleo oblitae aut etiam sola aqua suffusae sunt; quia his liquoribus impleti pori et cavitates plurimae quae in superficie marmoris licet politissimi semper reperiuntur atque ita amplius exclusus aer crescitque quantitas immediati contactus cui quantitati respondet quantitas pressionis aetheris ambientis

Dicimus itaque minimas corporis duri particulas ob pressionem aetheris ambientis sibi instar planulorum adhaerere et certe posito planorum marmoreorum experimento conceptu facile est quomodo aether malis particulis secundum faciecules planas sese immediate contingentibus circumfusus eas in mutuo contactu firmet, quominus aliae his deinde juncta ab aethere quoque premantur et cohibeantur atque ita quomodo pro varia harum minimarum figura et situ oriantur particulae majores cujus cumque figurae planae rotundae incurvatae &c quas et aetherem quoque ad invicem apprimat variae sese invicem erigant atque uncinulis et hamulis suis sese firmiter contineant atque perniceant sique concrescant corpora varia duritie contexturae ac soliditatis

Quamvis corpora sic aethere parit involvant, ō ejus tn particula inter se cohaerescunt: qā scilicet quarundam particulae ob figuram suam, & rotundam, nequeunt se contingere nisi secundum superficies minimas, ideoque minima ē quantitas pressionis aetheris ambientis unde facile vincitur motu et agitatione aetheris interfluentis, atque ita particulae ab invicem plus minusve dislocatae continentur, et corpora varie fluiditatis gradu praedita constituunt.

Cum ꝑspicuum sit metallorum fusorum caeterorumque liquabilium fluiditatem aetheri seu igni inter eorum particulas discurrenti et tumultuanti adscribendam esse nihil e, cur haereamus, cum ejus liquorum fluiditas ex eadem causa proficiscatur.

Ipsius porro aetheris fluiditatis causa ē nisi interna ee potest; nullum quippe corpus aethere subtilius agnoscimus a quo suam fluiditatem acciperet: eam proinde totam in particularum figura et mobilitate positam ee existimamus. Sic quoque minimarum particularum aetheris sicut et corpusculorum primitivorum ejus duritiei causam solummodo internam habet

Objicies 1º

Corpora sunt dura (incerum sensum sive secundum ejus directionem atqui secundum carthesianos tn essent dura in uno sensu ergo &c

ptij Mi: plana marmorea in laudato experimento difficulter quidem separantur a tractionibus viribus oppositis quarum directiones perpendiculares sunt superficiebus conjunctis; sed facile, directio virium illis superficiebus parallela est: ergo facile est ab invicem divellerentur partes corporis duri secundum directiones contactui parallelas impulsæ

Resp. N. conseq., ratio est, quia ut hoc locum haberet, deberet corpus durum constare duabus tantum vel saltem paucis partibus ordine parallelo supra invicem collocatis: verum corpora dura quæcumque e minima composita sunt ex innumeris particulis secundum omnem directionem sibi unitis et incombentibus: omnimus igitur sunt in omnem quamque directionem dura sunt

Instabis sic.

atqui planorum marmoreorum experimentum nullo modo probat adesse ætheris pressionem

ptij Prob: sicut Cartesiani istorum planorum cohæsionem a pressione ætheris ita newtoniani eam ab attractione particularum se contingentium produci asserunt: atqui vos illam cohæsionem ab attractione oriri negatis: ergo pari jure eam a pressione ætheris oriri negare licet

R. N. C. Ita planorum cohæsionem ab attractione produci dicunt quidem newtoniani sed nulla ratione probant illius attractionis existentiam; imo newtoni et

ptem que alii nomine attractionis tt inducere volunt phænomenon seu effectum quendam cujus causam se ignorare profitentur, attractionemque suam impulsu effici posse arbitrantur.

Nos autem evidenter demonstramus illius cohæsionis ptem aliquas fluidi nempe aeris pressioni ee tribuendam; et hinc recte deducimus cohæsionis ptem alteram simili quoque causæ tribuendam ee scilicet pressioni fluidi aere subtilioris præsertim cum certum sit tale fluidum existere et de natura fluidorum sit undique premere corpora sibi immersa

Instabis 2do

atque fluidum aere subtilius nequit plana marmorea aut corporis durii pticulas adinvicem comprimere

prob. subst: Quia fluida o premunt corpora nisi quæ eorum motui et fluxui resistunt, atque motui ætheris neque plana marmorea resistunt neque corpora dura

prob. subs: Quia innumeris ptiusa sunt poris p quos æther liberrime fluit ergo o resistunt motui ætheris

R. N. C. ratio e q. o resistant quidem motui ætheris pori sed tt motui ætheris ptibus solidis respondentis unde æther suis ptibus solidis incumbens ....

toto nisu et impetu suo eas ad invicem apprimit et fir at

Instabis 3tio

Ergo nulla e ratio cur glacies potius sit dura quam aqua
Prob. Quia aqua concreta e in glaciem, majus spatium occupat quam ante adeoque e magis porosa ergo nequit ee dura
Prob. Etiam ex concessis glacies e magis porosa quam aqua: atqui æther liberrime fluit per poros omnis corporum ergo deberet liberius fluere per poros glaciei quam aquæ atque ita deberet glacies potius ee fluida quam aqua
R. Neg. C. ratio e quia ad duritiem aut fluiditatem nihil conducat major aut minor quantitas pororum sed major aut minor quantitas contactuum singularum particularum: jam autem licet in glacie pori hic et illic sint multo latiores quam in aqua, minores tamen et pauciores sunt inter singulas particulas; et proinde major e quantitas contactus singularum particularum, quam in aqua in qua pori ubique uniformiter dispersi sunt et inter singulas particulas interpositi.

Objicies 2do

durities et liquiditas sunt 2 qualitates oppositæ ergo æther utriusque causa ee nequit
R. D. Cons. Ergo æther utriusque causa ee nequit eadem actione sua concedo totum, diversa actione sua N. Csq.
et dico ætherem causam ee duritiei, quatenus corpora ambiendo eorum particulas sese contingentes pressione sua

in mutuo contactu formet. fluiditatis vero quatenus corpora inter fluendo eorum particulas motu et agitatione sua ad invicem dissociatas continet

Instabis 1o

Atqui nequit æther pressione sua esse causa duritiei, fluiditatis vero motu et agitatione sua: ergo &c. probatur ant: quia æther ambit et interfluit corpora omnia dura pariter ac fluida. Ergo non potest in his fluiditatem in illis duritiem efficere

Resp. N. &c. ratio est quia diversorum corporum particulæ sunt diversimode figuratæ ita quidem ut durorum particulæ sint faciebulis planis donatæ quibus se immediate contingunt illaeque propter pressionem ætheris ambientis plus minusve pro faciecularum latitudine sibi invicem planorum inhærescunt, fluidorum vero particulæ vel rotundæ sunt vel saltem faciebulis curvis præditæ adeo ut nequeant se contingere nisi secundum minimas superficies atque ita ætheris inter eas discurrentis agitatio pressionem ætheris ambientis facile elidit

Instabis 2do

Atqui particularum figuræ tribui non potest quod actio ætheris interfluentis prævaleat pressioni ambientis ergo &c. probatur ant: quia particulæ aquæ nunc constituunt corpus fluidum nunc durum, atque tamen eadem est semper figura minimarum particularum aquæ sive fluida sit sive in glaciem concreta: ergo figuræ particularum tribui

sequitur quod actio aetheris interfluentis praevaleat pressioni ambientis

R. D. C. quoad figuram particularum si id agatur de fluiditate et duritie ejusdem corporis, concedo totum si agatur de fluiditate et duritie diversorum corporum eidem aetheris actioni expositorum nego C. dico itaque soli particularum figurae tribuendum esse quod actio aetheris interfluentis

praevaleat pressioni ambientis in aqua potius et caeteris fluidis quam in ligno et aliis corporibus duris: verum quod unum corpus nunc fluidum sit, nunc durum, hoc inde est, quod aether interfluens nunc concitatior sit nunc remissior: in quo aetheris ambientis vires ad premendum nunquam mutentur sed pro diverso v.g. caloris gradu mutentur vires aetheris interfluentis, non mirum, si quando aether interfluens praevaleat ambienti et contra

Instabis 3tio

atqui fluiditas aquae non oritur ex eo, quod aether concitatior sit in aqua quam in glacie ergo etc.

probatur subsumptum: nam in ferro candente aether est concitatissimus, atqui tamen ferrum candens non ideo est fluidum: ergo aether concitatior in aqua quam in glacie nequit efficere aquam fluidam

R. N. C. disparitas est quod particulae aquae propter figuram suam se contingant secundum superficiecula multo minores quam particulae ferri unde multo minore quantitas pressionis aetheris aquam quam ferrum

ambientis et ita multo minori agitatione etheris influentis vinci posset, si autem exagitatio etheris quo ferrum candescit et simul mollius evadit augeatur, ferrum quoque liquefiet et liquiditatem suam conservabit donec remisso etheris influentis motu iterum praevaleat pressio ambientis

Objicies 3tio

Si agitatio etheris influentis foret causa liquiditatis aucta etheris agitatione augeretur quoque liquiditas: atqui hoc non obtinet: ergo &c.

Prob. minor

varia corpora mollia aut fere liquida v.g. lateres, vasa fictilia, lutum &c calore indurescunt, atqui tu calor secundum thesim auget vim causae quae efficiunt mollia aut liquida

Prob. 2di ea enim illa corpora sunt calida magis illis exagitatur ether: atqui juxta thesim exagitatio etheris est causa fluiditatis corporum ergo tunc in illis aucta est vis causa, qua efficiuntur mollia aut liquida

R. Ci. 2tio est quod corpora ista non efficiuntur mollia aut liquida immediate ab ethere influente, sed ab aqua quam continent, et quae suam eis impertit fluiditatem: si ergo aqua calore evaporetur, calore tollitur mollitiei aut liquiditatis eorum causa, atque ita calore indurescunt.

Instabis.

atqui quandoque minuitur aut tollitur liquiditas tamen etsi revera perseveret liquiditatis causa a Cartesianis assignata ergo &c.

Prob. aliqui liquores sic mixti subito coagulum constituunt, exempli gratia si commisceantur oleum calcis et oleum tartari per deliquium oritur pulcherrimum coagulum. sic quoque coagulatur lac per admistionem acidorum, ut succi limoniorum, et albumen ovi per admistionem spiritus salis, spiritus vitrioli, aut spiritus vini in coagulum concrescit sanguis in spiritu vini aut vino adusto mistus, unde recte infertur hoc liquore illisve succis et liquoribus spirituosis parcissime utendum esse, ne sanguinis fluiditas deprauetur ejusque stagnatio inducatur.

atqui in illis coagulis non observatur caloris remissio ergo aether in illis est aeque agitatus ac ante mistionem ergo perseverat fluiditatis causa quae eandem proinde efficere debet fluiditatem

R. N. ratio est quod particulae liquorum coagulum constituentium ita figuratae sint ut sibi facile implicentur, seseque contingant secundum majores superficies cum mistae sunt, quam cum separatae; unde crescit quantitas pressionis aetheris ambientis, quae proinde praevalere potest agitationi aetheris interfluentis, licet haec prout

Sradet immutatus Calor nullatenus minuatur

Hinc majorem quoque contactuum atque adeo pretiosis antilatem metallum mixtum durius e. g. Stannum et cuprum [illegible] fusa Constituunt metallum multo durius Stanno et Cupro seorsim

Finis

alia re contracta facile inflectitur et retrorsum
cedit, mollis dr. si vero et inflectitur nec cedat sed
constans maneat ac rigida tum durum compellatur atque
et durum

Tractatus De Motu Corporum

Caput 1um

De Motu in Generali et principiis ejusque affectionibus

§ 1mus

De Motu, Quiete et variis Motus divisionibus

Ex variis, quæ huc usque prodierunt, Motus definitionibus nulla magis arridet, quam quæ in Metaphysica traditr: activa scilicet Continua mutatio cum ratione sufficiente in ente

activa dr. ut significetr loci mutationem provenire debere ex parte entis q. movetr: p. rationem sufficientem in ente intelligitr vis motrix enti applicata, cujus rationatum ē entis translatio

Vis motrix seu vis simpliciter dr. viva, si cum motu conjungatr, qualis ē vis, qua glans ex tormento explodetr; mortua vero vocatr si ad motum producendum tendat quidem, sed illum actu ō producat, ut ē tendentia ad motum in Corpore gravi supra mensam posita

Quies ē Continua in eodem loco perseverantia,

fieri potest ut res ead: certo respectu quiescat et alio respectu moveatur, ita hoc in navi mota dormiens quiescat respectu navis et moveatur respectu littorum

Cum corpora nunc moveri, nunc quiescere videamus, manifestum e[st] tam motum, quam quietem e[sse] corporibus accidentalem: mobilitas vero, quae nil aliud quam motus possibilitatem importat, e[st] corporibus essentialis, prout et quiescibilitas sive possibilitas quietis.

Motus divid[itur] in 1.mo in proprium et communem. Dicitur proprius, quando mobile mutat locum vi sibi peculiari: talis e[st] motus avis volantis, si vero eadem vi plura transferantur, ut transferuntur navis et hoc ei insidens, motus communis habetur

2do in uniformem seu aequabilem, acceleratum et retardatum. si mobile temporibus =libus percurrat spatia =lia, sive si ead: continuo celeritate moveatur, motum uniformem habet si celeritas corporis augeatur motus vocatur acceleratus: si decrescat celeritas motus retardatus dr

3tio in simplicem et compositum, simplex e[st] qui ab unica vi motrice; compositus qui a pluribus viribus motricibus quatcumque.

4to in curvilineum et rectilineum, curvilineus varius e[st] pro varietate curvarum, quae describuntur a mobili.

6.° Motus, ut ex dictis patet, importat translationem adeoque vulgariter et minus accurate dividitur in motum translationis, rotationis et volutationis

7.° Corpus secundum se totum et consideratum ut unum locum commutet, dicitur habere motum translationis; si vero corporis partes circumcirca commune centrum etiam transferuntur, ut corpus totum consideratum ut unum permaneat in eodem loco, motus rotationis habetur, ut est motus rotarum horologii: quod si eodem tempore quo partes corporis circumcirca commune centrum moventur, etiam centrum ipsum transferatur, motus volutationis nuncupatur; hic videtur in rota currus protracti

§ 2.dus

De Determinatione et Motus Celeritate

In omni motu tria sequentia reperiuntur: motus determinatio, celeritas et quantitas: de duobus prioribus hoc paragrapho de 3.tio agemus paragrapho sequenti

Determinatio seu motus directio est tendentia corporis moti versus unam partem spatii potius quam versus aliam: et ita corpus projectum verticaliter deorsum, et horizontaliter, dicitur habere determinationem

Verticaliter deorsum & horizontalem

Celeritas seu velocitas duplex est, absoluta et relativa

Celeritas absoluta est aptitudo mobilis ad datum Spatium dato tempore percurrendum

Celeritas major aut minor pro magnitudine Spatii Certo tempore percursi: sive Spatium percursum semper proportionatum e Celeritati, et etiam si velocitas sit æquabilis, proportionatum e tempori, ut attendenti perspicuum est, ergo Spatium percursum sequitur rationem compositam velocitatis et temporis

Supposita ergo ubique Celeritati uniformi Spatia a diversis Corporibus percursa sunt in ratione composita directa velocitatum et temporum, etenim Spatium percursum ab A est ad potentiam celeritatis A per tempus A ut Spatium percursum a B ad potentiam Celeritatis B per tempus B, ergo alternando etc

Celeritas respectiva est qua unum Corpus ad aliud accedit — vel ab eo recedit: hinc

1º Si duo Corpora eadem directione et ead: celeritate absoluta moveantur Celeritas respectiva nulla est

2º Si globus A perpendiculariter incurrat in planum immotum velocitas relativa A ead: est ac absoluta si oblique

Celeritas respective ad planum mensuratur per longitudinem lineae obliquae, sed per longitudinem perpendicularis ductae a puncto discessus usque ad planum.

3tio A et B versus eandem plagam inaequali celeritate absoluta tendant, velocitas est relativa differentia velocitatum absolutarum.

4to A et B inter se in eadem linea recta in partes oppositas ferantur, velocitas relativa est summa velocitatum absolutarum.

§ 3tius

De Quantitate Motus

Cognoscitur Motus Quantitas multiplicando celeritatem corporis moti per corporis molem.

Probatur: Dum Corpus aliquod movetur, quaelibet ejus particula tantam habet celeritatem, quantam habet totum Corpus: ergo Motus integri Corporis seu motus Quantitas Correspondet Celeritati integri Corporis toties sumptae, quot sunt particulae in isto Corpore, seu Motus Quantitas = tis est producto celeritatis per molem.

Igitur Motus uniformis quantitates duorum corporum sunt in ratione Composita directa molium et celeritatum: nam quantitas motus A est ad productum molis A per celeritatem A ut quantitas motus B ad productum molis B per celeritatem

B, 3º alternando etc

Vires motrices Corpori impressæ sive vivæ fuerint sive mortuæ, Correspondent toti moli Corporis per celeritatem consenserunt que in hoc physici oes usque ad tempora Leibnitii, sed hic philosophus et plures alii post ipsum Contendunt vires vivas estimandas esse ratione molis multiplicatæ per quadratum velocitatis

Ab hac tamen opinione nobis recedendum videtur: nam si corpus aliquod ad motum solicitatur, sive realiter moveatur sive ab obstaculo retineatur, nihilominus efficitur quam Celeritas toties repetita, quot sunt in isto Corpore partes solidæ.

Adeoque vires istam Celeritatem Causantes utroque Casu eodem modo, nempe per toti molis per Celeritatem estimandæ sunt; nec Concipitur, quomodo augeantur vires ex eo, quod obstaculum Cedat.

ulterius notandum, quod effectus per motum Corporis Certo tempore producti sunt ut quadrata velocitatis: v.g. si Corpus aliquod tempore unius minuti secundi agat cum uno gradu velocitatis in obstaculum Cedens, et idem corpus alio minuto secundo agat in idem obstaculum, cum duobus gradibus velocitatis, effectus in obstaculum secundo casu productus erit quadruplo major

quam primo casu, ergo effectus erunt, ut quadrata velocitatis, ubi tamen vires ut erunt ut simplices velocitates. Probatur cum secundo casu sit dupla corporis celeritas, vires habet duplo majores, ergo singulo ictu duplo fortius agit, ergo duplum ex illa parte producet effectum praeterea, quia celeritas est duplo major, duplo plures ictus eodem tempore impertit: et consequenter quadruplum in obstaculum producit effectum

Multa contribuere possunt, ut corpus motu suo in aliud agens, majorem producat effectum: sic eo efficacius caeteris paribus agit quo per minorem superficiem in aliud impingit, quia omnes partes corporis moti per partes impingentes suam vim exerunt in partes contactus corporis obvii, adeoque quo minor superficies corporis impellentis attingit corpus obvium, eo paucioribus partibus communicat suum motum, ergo eo major celeritas in iis producitur, et consequenter eo major fit in iis eorundem mutatio: atque ideo regula projecta in caput facit magis illud laedit si per unum latus, quam si secundum planitiem hoc attingat

Magni hic etiam hic attendendum est tempus quo unum corpus in aliud agit: quia cum omnis motus communicatio sit successiva, aliquando contingit, ut unum corpus

in aliud tanta vi et Celeritate agat, ut partes percussae a sibi vicinis avellantur, antequam iis de motu suo accepto aliquid sensibiliter communicare potuerunt. Ideo glans in tabulam in libero aere pendulam explosa eandem saepius penetrat, absque eo quod in ea motus sensibilis observetur, et explosa in vitrum Reposi^tum^ non solum frangit sed et foramen rotundum efformat, ubi tamen glans lentius agens, tabulae sensibilem motum Communicaret et vitrum in plures partes frangeret.-

Quod Corpus eo fortius in aliud agat, quo directius in illud impingit ex supra dictis patet clarissime

Caput 2^dum^

De legibus Motus

§. 1^mus^

De regulis Motus generalibus

Regula 1^a^

Corpus in quocumque statu positum sit, in eo perseverat donec a Causa quadam externa statum mutare cogatur,

Prob: Quia Corpus de ex se est indifferens ad motum et quietem item ad hanc vel illam velocitatem, determinationem et Motus quantitatem

hinc 1° Corpus in vacuo motum semper moveretur secundum eandem determinationem et cum eadem velocitate, cum in vacuo nulla esset causa externa quae motum sisteret, mutaret, aut minueret.

2° mobile quiescit in puncto relaptus neque in puncto relictus nam si semel quiesceret in aeternum permaneret

Regula 2da

Omnis Motus e se rectus;

Probatur Quia motum pergit secundum eandem lineam secundum quam moveri incepit, nisi sit obex ut ex 1ma lege patet: atqui corpus motum secundum tantum rectam moveri incepit, nam motu motus a puncto ad punctum transferetur: atqui a puncto ad punctum omnia necessario via recta &c.

neque huic regulae obstat quod multa corpora moveantur curve, quia illud motus causam suae curvaturae extrinsecam habent.

Regula 3tia

Motus aequabilis Continuo et aequaliter impeditus a recto degenerat in Circularem

Probatur cum impedimentum supponatur continuum mobile

singulis instantibus infinite parvis cogetur facere angulos quorum latera sunt infinite parva; et cum impedimentum supponatur ubique =le et motus uniformis, res isti anguli erunt =les; g° mobile describet polygonum constans lateribus infinitis inter se =libus et constituentibus L^a =les, jam autem ut geometris notum e, circulus haberi potest pro polygono regulari constituto infinitis L^s et lateribus accedit experientia nam observatur q ventus impeditus a fluxu recto in angulis platearum & in januis, in turbinem abeat, ita ut rapiat pulveres et alia corpuscula in gyrum

Regula 4ta

Corpus circulariter motum conatur in singulo puncto circulo recedere a centro circuli secundum lineam tangentem in isto puncto

Pbtur: circulus, ut jam notavimus, spectatur ut polygonon regulare infinitis constans L^s et lateribus: illa autem latera producta tangentes efformant: igitur corpus describens unum tale latus, unde se semper la recta

moveatur, de se nititur insistere tangenti, quae est ultimi lateris prolongatio et revera insisteret, si vis extranea cessaret vide fig: 2dam

Regula 3tia

Corpus pluribus impulsum determinationibus singulis proportionate ad earum vires obsequitur.

Pbtur singulis obsequitur quia est de se indifferens ad quamcumque determinationem: obsequitur autem proportionate ad earum vires, quia effectus sunt causae proportionati.

Newtoniani pro lege ponunt, quod, ubi datur actio, semper datur reactio actioni contraria et aequalis sic ergo inquiunt aequali vi, qua equus lapidem funi alligatum trahit, equus etiam lapide retrahitur et funis eodem modo distenditur ac si viribus duabus in partes oppositas traheretur.

Hanc legem derivare dicunt a vi inertiae quo nomine intelligunt proprietatem, qua corpus statum suum motus vel quietis perpetuo tueri conatur resistendo omni causae, quae statum illum mutare nititur.

Vim inertiae variis argumentis probant: si corpora, inquiunt, mutationi status non resisterent, vis minima

motum quantum vis magnum producere vel etiam
sistere posset q abſurdum e:
Deinde sit globus A quiescens et libere pendulus,
in quem globus B cum certa velocitate impingit:
si in A o esset vis inertiae, post contactum a
B cum ead: velocitate, qua antea B ferebatr,
moveri deberent ubi tn, ut infra videbitr, B
partem sui motus moli A pptionatam deperdit,
qui motus ex B tolli o pest nisi p vim oppositam
quae in A quiescente reperitr

Collige vim inertiae moli corporum pptionatam
ec
Alii o pauci vim istam inertiae rejiciunt, dicentes
q corpus ex nâa sua sit substantia passiva
et indifferens ad hunc v illum statum, ex qua
indifftia resultat, q quantum e de se semper
in eod: statu perseveret, quodque incapax sit ullam
sui mutationem producere; sed talis corporum nâa
quamvis recte inertia vocari possit, o videtr tn
dici posse vis inertiae, quae quamdam activitatem
importat
nec obstat, q dum globus B in globum A quiescentem
impingit, A resistere dicatr: deinde proveniet

ē ex vi Corporis A, sed ex eo, q. vis, quæ sufficiente; ut molem B. solam ad certum spatium transferat sufficiens ē sit ut moles A B sl ad idem spatium promoveat.
Licet ex pte Corporis nulla vis resistendi admittatz ē tn inferatz ex minima vi sequi posse maximum motum; q.a juxta hac leges effectus ē pest ee major sua Causa et cuilibet impulsui pptionatus correspondet effectus.

§ 2dus
De Motu Composito

Motus Compositus e qui a pluribus viribus motricibus ducit originem: possunt autem vires ista mobile impellere secundum eand: directionem v secundum oppositas v secundum diversas
1mo Si plures vires mobile impellant secundum eand: directionem movetz versus illam partem cum summa quantitatum motus quas accepisset si vires seorsum egissent patet ex lege quinta
2do Si vires impellant mobile secundum directiones oppositas, tunc vires ista sunt =les, v in=les, si primum, Corpus quiescit, nisi enim quiesceret, utrique vi et determinationi ē obsequeretz: hunc vires =les et oppositæ eliduntz; si secundum, mobile movetz motu simplici

~~[illegible]~~

Secundum directionem fortioris cum excessu vis majoris: nam vires oppositæ = les elidunt, ergo solus remanet excessus vis majoris

3tio. Si duæ Causæ constanter intra se retinentes eandem rationem impellant mobile secundum directiones efformantes angulum, mobile certo tempore describet diagonalem paralelogrammi formati super lineas, quas eodem tempore percurrisset si causæ seorsim egissent

Sint duæ Causæ (F 11) se agentes in globum A, sicut sola prima Causa certo tempore motu uniformi globum perduceret ab A in F et sola 2da motu etiam uniformi illum eodem tempore ab A in K transferret: mobile duabus istis causis se impulsum uniformem describet diagonalem a g intra idem tempus: quo alterutrum latus peragrasset, si ab alterutra vi sola fuisset impulsum

Probatur Sint latera A F et A K in quatuor partes = les divisa, latusque A F sit Canalis quam globus A motu proprio percurrit intra idem tempus, quo Canalis motu paralelo ad lineam k g transfertur: sicque latus A K peragrat; cum globus A ad quartam partem canalis venerit,

Canalis usq: ad plam plem lateris A K seu usq:
ad g E erit perductus et proinde globus A in puncto
E diagonalis reperietur. Cum globus A dimidium
ptem canalis percurrerit, canalis ad lam x J sive
ad dimidiam ptem lateris A K erit translatus
atque ita globus A in puncto J diagonalis reperietur
tandem cum globus A integram Canalem peragraverit
canalis percurso latere A K collocatus erit sub l K
g sicque globus A in puncto g invenietur etc.

Itaque cognito angulo directionis causarum et
cognitis earum viribus, etiam cognosci pot celeritas
et tendentia mobilis.
Similiter cognita celeritate et directione motus com=
positi, item cognitis vi et directione unius causae
alterius causae vis et directio inveniri possunt.
Quando duae v plures causae simul impellunt idem
mobile, ut inveniatur lea, qm mobile describere debet,
quaeratur lea, quam percurrisset si a duabus tantum
impulsum fuisset, et hic motus consideretur tanquam
simplex, deinde quaeratur lea, quam describeret si
huic et 3ae causae obediret, et sic de caeteris.
Ad eorum quae Fga 1a et hic nro 3tio dicta sunt
confirmationem, servire pot machina exhibita Fga 14a
si mallei BC = l ex altitudine = li et in lll:

inclinatione ad lineam x y impingant in globum x; globus x movebitur secundum lineam x g medio mediam: si vero mallei B C ex in = li altitudine, sed cum in= li inclinatione dimittantur, tunc globus x pro ratione magis ac minus a linea x g recedit, describendo vel lineam x 3 vel x 2. Et si mallei hi secundum seorsum agerent, malleus B pelleret globum x versus 2 et malleus C versus 6 quando eodem tempore globus x a mallei B C impellitur, cum non possit ferri secundum directionem x 2 et x secundum directionem x 6, in sistit via media utrique mallee impellenti pro ratione ad ejus vires obtemperando

adverte motum quemlibet simplicem considerari posse ut a pluribus viribus, licet effirmantibus productum, sed hoc consideratio praesertim utilis est in motu obliquo sive in motu, quo corpus describit lineam obliquam plano incidit

motum simplicem potest igitur corpus obliquum latus spectari, quasi impelleretur a duabus viribus, una plano perpendiculari et altera plano paralela, motusque iste obliquus in plani penitiore in motum perpendicularem et paralelam resolvitur

Motus perpendicularis representatur per lineam perpendicularem ductam ab eo puncto, e quo corpus in planum incidit, paralelus representatur per lineam ab eodem puncto ita ductam, ut istae duae lineae sint latera duo contigua rectanguli cujus diagonalis motum obliquum ante resolutionem exhibet, corpus obliquum in planum incurrens

illud solo motu initari perrabit, adeoque de motu solo perpendiculari amittit; nam corpus percutiens planum nisi per motum quo ad planum accedit, ad illud autem non accedit nisi per motum perpendicularem.

Qualem lineam describit mobile a duabus causis impulsum, quarum una ita augetur aut minuitur ut non servet eandem cum altera rationem quam habet in initio.

R. curvam quae variam directionem habebit secundum actualem statum causarum impellentium. Sic si globus A (F. 15) per canalem A B devolvatur curvam B. E F annulos pertranseundo describet. Explicatur: globus A descendendo per canalem A B acquisivit motum quo si nil obstaret horizontaliter secundum lineam F. 2. 3 moveretur, sed quia globus a canali A B emersus non sustentatur propria gravitate pellitur deorsum versus E; + quae in utraque proportionaliter ad cujusque intensionem obedire debeat, continuo magis et magis ad directionem perpendicularem accedit, et sic curvam B E F cadet in F.

+ itaque a duabus potentiis agitur, una horizontali uniformi et altera perpendiculari deorsum continuo aucta,

§ 3tius

De Motu reflexo

Ut quae de Motu reflexo dicenda sunt, melius intelligantur, quaedam de elaterio praemittuntur.

Elaterium est vis, qua corpus, si figura ejus immutetur, nititur se restituere in pristinum statum;

ut sit, quo arcus tentus initio se restituere.
De Causa elaterii nihil satis Certi statui
poti, aliis aliud opinantibus. explonatum ē
aerem ō ee elaterii Causam, si quidem aer
ipse elasticus sit ut et experientia Constat
nam Corporum elaterium ō immutati sub recipi=
=ente vasis pneumatici extracto aere.
plures Cartesiani ō improbabiliti elaterium
repetunt a materia etherea transeunte per
Corporis poros coarctatos et intente eos dilatare,
illudq; explicant hoc modo: in compressione
Corporis elastici v.g. intentione arcus Chalybei ptes
a se invicem recedunt in pte convexa, adeoque
pori in illa parte dilatantur et partes in pte
Concava ad se invicem accedunt, proinde in hac
pori angustantur. quo fit ut ether vehementer
agitatus in ea pori copia per poros dilatatos
intret, minoriq; facilitate per poros coarctatos
effluat, proinde indesinenter transire intendit.
a poris latioribus ad angustiores impetum faciunt
in horum latera, eosque conantur dilatare et re
ipsa dilatant, ō compressionis Causa cessat.
hi autem dilatari nequeunt, quin alii per
compressionem latiores facti constringantur,

atque ita spus pristinam figuram reciperet.

Quædam ex parte Corporis requirunt conditiones ad elaterium, scilicet aliqua partium flexibilitas ut comprimi possit, item aliqua partium rigiditas aut unitas ne aliquam materia subtilis facile sibi novos meatus efformet.

in plerisque corporibus solidis observatur elaterium in uno tamen longe majus quam in alio sed in nullo hactenus notis deprehenditur elaterium perfectum.

Inter ea quæ magis ad perfectum elaterium accedunt, sunt ungues, cartilagines, chalybs temperatus vitrum et ebur

quædam Corpora, quo magis fiunt compacta, ut metalla quo malleo plus tunduntur eo magis fiunt elastica, quorundam elaterium in tempore multum diminuitur ut elaterium arcus diu tensi, lanæ, plumarum etc; aliorum vero diu conservatur ut e.g. aeris; nam aer post 16 annos in bombarda pneumatica condensatus, observatus fuit aliquid de elaterio amisisse.

Corpora mollia, ut butyrum, cera, nix, lutum etc sensibili destituta sunt elaterio, etiam in nonnullis Corporibus duris ut in plumbo, nullum observatur elasticitatis indicium.

Motus reflexus est regressus mobilis ab obstaculo, in quod impingit

praenotandum, quod dum unum Corpus in aliud impingit utrumque patiatur mutationem quandam in aliquibus saltem suis partibus, uti experientia in Corporibus è solidioribus luculenter ostendit: nam si globus eburneus perpendiculariter demittatur in tabulam marmoream, leniter oleo oblinitam, post percussionem videbitur macula rotunda unius alteriusve lineae; unde eruitur vel partes tabulae introrsum pressas vel globum complanatum fuisse (qui alterutrum admittet facile admittet utrumque) si enim neutrum fuisset factum, globus tantum in uno puncto attigisset tabulam et ita unicum punctum tanquam percussionis vestigium visum fuisset.

Ratio complanationis globi est, quod partes globi tabulam attingentes subito de motu suo deperdant, dum interim aliae tabulam non tangentes tota adhuc Celeritate moventur quo hae debent magis ad priores accedere etc. facile colliges quare partes tabulae introprimantur.

Dum globus ita successive Complanatur et partes tabulae introcedunt, globus superficiem tabulae successive majorem magisque condensatam attingit, adeoque partibus successive pluribus et magis resistentibus de suo motu Communicat et Consequenter successive plus de Motu suo amittit, donec finaliter eum deperdat totum

haeret tum in tabula, nisi partes compressae utriusque vel saltem alterutrius haberent vim elasticam, qua sese in pristinum Statum restituere Conantur, et quo Conatu in globum reagant eique imprimunt motum molis, quem percussione amiserat = lem (supposito elatere perfecto)

sed in directionem oppositam.

nunc inquirendum secundum quam directionem moveatur Corpus reflexum.

Unica hic statuitur regula, nempe quod angulus incidentiae sit = lis Lo reflexionis

nota: Lus per lineam incidendo descriptam et per planum efformatus, vocatur Lus incidentiae, Lus vero per lineam resiliendo percursam et per planum efformatus vocatur Lus reflexionis

Probatur regula: Corpus elasticum incidit in planum perpendiculariter, vel oblique: si primum perpendiculariter reflectitur, ut experieris, si globum eburneum perpendiculariter demittas in tabulam marmoream: et quidem ita resiliret, quod nulla assignari possit ratio, cur a perpendiculari deflecteret.

si incidat oblique, oblique reflectitur, et erunt iterum Lus incidentiae et = lis Lo reflexionis.

ut regula locum habeat, supponi debet.

1o superficiem, in quam mobile incidit esse planam, admodum politam et tersam; si enim scabra aut inaequalis foret, pro vario partium situ et asperitate, varie mobile detorqueretur

2do nullum dari obstaculum ex ipsa figura aut textura mobilis impingentis, et ideo perfecte rotundum et politum supponitur: nam si alterius esset figurae vix unquam exacte haberetur Lus reflexionis Lo incidentiae = lis.

insuper pro 2do casu supponitur

3tio motum post reflexionem non esse diminutum.

his positis probatur casus 2dus. 1o. si supponatur globus elasticus (F 8va) secundum lineam obliquam AB, incidere

in punctum B plani immobilis D L, plani percussione motus decomponitur in duos, alterum perpendicularem designatum per lineam A 4, alterum paralelum per lineam A C representatum: jam vero globus planum percutit toto motu perpendiculari et quidem solo, ideoque per vim elasticam motum accipit perpendiculari equalem et in partem oppositam; motum autem paralelum totum reservat: sicque duobus agitur motibus, altero perpendiculari per lineam B C designato, altero paralelo per lineam B 8 representato: ergo resiliendo describere debet diagonalem B G. plano aeque obliquam ac A B

Phenomenon 2do si globus eburneus /F 6a./ per lineam C E cadat in tabulam marmoream, ita inclinatam, ut L.us G E C sit =lis L.o O E 5, reflectitur per lineam E 5 et cavitatem in 5 formatam intrabit

Observandum in hoc experimento reflexionem non fieri ex eodem puncto in quo corpus elasticum oblique incidit; nam corpus non reflectitur nisi post absolutam compressionem; compressio autem non nisi successive perficitur, ac proinde corpus repetitis ictibus planum percutit, ejusque motus per partes decomponitur in duos, alterum perpendicularem, alterum paralelum, atque ita per motus paraleli partes supra planum movetur donec absoluta fuerit compressio, hinc scilicet habes, quare si tabula oblinita fuerit oleo videatur macula oblonga. sic autem durante compressione supra planum movetur globus ut si planum sit partibus prominentibus in=le; globus circum circa centrum suum contorqueatur: ejus enim partes superiores celerius moventur quam inferiores, utpote quae plani prominentiis, quibus motum communicant retardantur.

Si planum in q. Corpus oblique incidit, sit in = sitatibus asperum, cum interim adsunt caeterae conditiones, ut regula obtineat requisitae; erit ne L^us reflexionis major v. minor L^o incidentiae?

℞ erit major: nam partibus plani prominentibus pars alique motus paraleli communicabitur; itaque post collisionem minor erit motus paralelus, idem vero motus perplanus, ac proinde globus resiliendo diagonalem describet, quae magis ad latus perplanare accedit; ergo major erit L^us reflexionis L^o incidentiae.

Quid si elaterium globi oblique in planum incidentis sit imperfectum?

℞ L^s reflexionis erit minor L^o incidentiae: nam post collisionem et resolutionem non totus perplanaris motus per vim elasticam restitutus in partem oppositam, totus autem remanet motus paralelus ergo globus debet resiliendo describere diagonalem rectanguli cujus latus perplanare minus est quam ante, ubi tamen latus paralelum est priori = le atqui haec diagonalis L^um cum plano minorem efficit, quam fuit L incidentiae ergo etc.

Quid tandem si globus oblique incidat in planum mobile etc?

℞ L reflexionis erit minor L^o incidentiae: nam globus incidens in planum mobile partem dumtaxat motus perplanaris ei communicat ut infra videbitur, eamdemque motus partem per vim elasticam accipit in sensum oppositum, ergo resiliendo describet diagonalem, quae versus latus paralelum magis inclinatur.

§ 4tus

De Legibus Motus in Collisione directa Corporum ○ elastricorum

Ut certe statui possint Collisionis leges, supponimus

1º Quod Corpora quæ colliduntur perfecto polleant elathereo v̄ [sic] elathereo destituantur

2º Q motui ipsorum nullum detur obstaculum p medii resistentiam v affrictum.

Cum hæ Conditiones numquam habeantur evidens e, q experimenta aliquantum a Legibus debeant discrepare.

Hic consideramus solum impulsum directum seu talem, ut linea directionis transeat p Centra amborum Corporum et p illas superficierum partes, quæ se mutuo contingunt in percussione et ad easdem perpendicularis sit.

Difficile ē talem habere impulsum.

Generaliter tres dantur leges Collisionis.

1ª

Quando Corpus motum impingit in Corpus quiescens

2ª

Quando Corpus assequitur aliud secundum eandem directionem lentius procurrens

3ª

Quando duo Corpora directione opposita in se mutuo incurrunt

Lex 1a

Si A in B quiescens impingit, motus A dividitur inter corpora A B pro ratione molium A B; adeo ut Collisione facta, æquali Celeritate moveantur secundum determinationem A impingentis.

tres occurrere possunt Casus hujus legis

1us, si Corpora A B sint ejusdem molis

2us si B sit majoris molis quam A

3tius si A sit majoris molis quam B.

ut aeris frictio et medii resistentia, quantum possibile est, diminuantur, in experimentis adhibebimus globos ex filis valde tenuibus suspensos

Globi istis punctis fixis ita appenduntur, ut, dum quiescant, sese in puncto tangant et linea transiens per Centrum gravitatis unius et per illud punctum, pariter transeat per punctum contactus alterius et ejus Centrum gravitatis.

pro experimentis Corporum non elasticorum adhibentur globi aliquatenus molles ex argilla facti

his positis, probatur sic Casus experimento

sint globi A B (Fig) quisque duarum unciarum: quando A dimittitur ex altitudine 6 graduum et impingit in B quiescentem post Contactum A B simul transferuntur in determinationem A quisque cum 3 gradibus velocitatis

expetz: Globus A decidens p. ∽ 6 gradum, p. similem L, si nil obstaret ab altera parte ascenderet, patet si globus B removeretz / quapropter ubi globus A pervenit ad ultimum descensus sui punctum vires habet, quae possent A transferre ad ∽ 6 gradum seu quae possent in A producere velocitatem 6 graduum, sed in A occurrat B quam ante se propellere debet eadem vita vires A debebunt transferre AB AC; jam autem vires, quae in A 2 oncearum producerent 6 gradus velocitatis, in massa AB AC seu in massa 4 oncearum tt producent 3 gradus velocitatis

Ex his satis intelligetur, q. exinde simulus A sit + √ minor mole B.

pro hac regula reflecti possit

1.º q. celeritas communis post impulsum se habeat ad celeritatem quam habet A impingens sicuti moles A se habet ad aggtum ex molibus AB AC sumptas

2.º sicut moles A ad molem B ita celeritas post impulsum ex data in A ad celeritatem deperditam ab A

igitur si Corpus A ex elasthico destitutum propulsum incidat in Corpus B similiter ∽ elasthicum, et infinite magnum viz A, post pressionem A quiescet; nam si A esset viz massa totalis AB tt millesima pars, A retineret ~~tayat~~ unam millesimam sui motus; ergo si A sit viz B infinite parvum A retinebit tt ptem sui motus infinite parvam, quae cum quiete confunditz

in eodem Casu B secundum se totum spectatum fuit A immobile

Lex 2da

Si corpus A assequatur B lentius procurrens, A impinget in B praecise ratione excessus suae Celeritatis supra Celeritatem B, et motus quantitas in A proveniens ex isto Celeritatis excessu, dividetur inter AB pro ratione molium A B, ut in 1a lege. movebuntur ergo AB post Contactum in priorem suam determinationem in = li. Celeritate.

Haec lex, sicuti praecedens triplicem complectitur Casum 1us Casus experimento patet: Sint globi AB (vid: Fig) uterque quarum unciarum sint decidant eodem tempore ab eadem alt: A ex ⌒ 6 et B ex ⌒ 3 graduum, uti globi semitas attingent et pervenient ad ultimum punctum sui descensus et post collisionem ead: directione movebuntur quisque in 4 et medio gradibus velocitatis. expetitur si in occursu A tt habuisset 3 gradus Celeritatis ut B, ambo eadem Celeritate fuissent translati et nulla facta fuisset collisio, sed si A habeat 6 gradus Celeritatis ratione sui excessus 3 graduum impinget in B et relative ad B se habet eodem modo ac si in 3 gradibus celeritatis impegisset in B quiescentem; sed tunc juxta 1am legem communicasset B [gradus] gradum in medio celeritatis,

adeoque et in hoc Casu communicat unum gradum in medio

Quantum ad Complanationem, quae in utroque globo fuit illa tt efficientur ratione Celeritatis respectivae, seu ratione excessus Celeritatis absolutae A supra celeritatem absolutam B adeoque = 2 sunt, ac si A in 3 gradibus velocitatis impingeret in B quiescentem

ex his facile deduces, quid fieri debeat in 2do et 3tio Casu hujus legis

Lex 3tia

Si duo Corpora ex plibus directe oppositis sibi mutuo occurrunt, si eand: habeant quantitatem motus in occursu ambo quiescunt: si vero unum habeat majorem motus quantitatem facta collisione ambo movebuntur secundum determinationem fortioris sicut excessus dedatur inter ista Corpora pportionate eorum moles sicut in 1a lege:

Duplex itaque Casus e in hac lege: 1us, quando A B sibi mutuo occurrunt in ead: quantitate motus. 2dus Quando unum habet plus motus quam aliud.

Proba ab experientia suum Casum

Sint globi A B (ead: F9) uterque duarum unciarum, A ab una parte elevetur ad 6 gradum, et B ab

opposita pte ē ad 6 graduum; observatū a
in infimo descensus sui puncto sibi mutuo
occurrant et ibidem quiescant

expetū: in AB sunt ejusdem molis et eand: habent
Celeritatem in occursu habent motus quantitates
=les quæ cu sint oppositæ se mutuo elidunt, neque
globi AB ulterius secundum priorem determina-
tionem motum continuare nequeunt: necē ab
invicem reflecti possunt, in oi elatherio destituti
subponuntū

idem et ppter eand: rtionem fieret si moles
AB essent in ratione inversa Celeritatum,
Proba 2dum Casum

Rē sit globus A 4 unciarum et B duarum, sint
ambo ex altitudine 6 graduum, et ex ptibus oppositis
decidant, post occursum simul movebuntū versus
determinationem A in duobus gradibus velocitatis

expetū: si A in 3 gradibus velocitatis occurrisset
globo B. AB habuissent motus quantitates =les
et consequenter post contactum mansissent immoti sed
A ulterius agit in B in 3 gradibus velocitatis,
igitū motus quantitas ex istis tribus gradibus in
A proveniens dividi debet intū AB rtione
molium, in B ē ??? deficeat et quiescent.

qua ejus motus [illegible] motum A eludit.

§ 5tus

De Legibus Motus in Collisione directa Corporum elasticorum.

Dum Corpora elastica colliduntur, fit motus communicatio juxta leges praecedentes, et plures eorum complanantur; sed haec e elasticorum a non elasticis differunt, q[uod] illorum partes vim habeant sese restituendi in pristinam figuram, figuram autem illam globi post impulsum recuperare nequeunt dum eorum centra a se invicem recedant, itaque globus percutiens vi elastica motum accipiat in plagam priori suae determinationi oppositam, globus vero pulsus vi elastica motum accipiat secundum eandem directionem, secundum quam a globo incurrente fuit impulsus.

itaque duo motus inter se [illegible] distinguendi sunt, alter Collisionis elaterii alter. motus collisionis ille vocabitur qui collisione communicatur: motus elasticus, qui a vi elastica nascitur.

Lex 1a

Si A impingit in B quiescens, si A B sint ejusdem molis post contactum A quiescet B vero movebitur secundum eandem directionem et in eadem velocitate, qua corpus A

ante collisionem ferebatur

in experimentis adhibentur globi eburnei

Pba lex. ab experientia?

Ptur: globus A eburneus duarum unciarum
in 6 gradibus velocitatis impingat in B ejusdem
materiae et molis quiescentem post impulsum A quiescet
et B in 6 gradibus velocitatis movebitur secundum directionem
quam A habebat

explicatur: in collisione A communicat B 3 gradus velocitatis
secundum suam directionem in autem motus ex vi elastica
ortus aequalis sit motui collisione accepto globus B alios
3 gradus celeritatis versus eandem plagam ex vi elastica
accipit et proinde post collisionem movetur in 6 gradibus
velocitatis

A vero facta collisione 3 gradus celeritatis secundum
primam directionem sibi reservat 3 aliis celeritatis
gradibus amissis sed motus elaterii est aequalis motui
per communicationem amisso; ergo vi elastica A accepit
3 gradus celeritatis, qui in sunt in plagam primae
directioni A oppositam, proinde elidunt 3 illos gradus
quos A in primam suam directionem servaverat,
ergo A debet quiescere.

hinc si globi multi elastici massa =les et contigui secundum lin: rectam ut F. 10 disponantur, et solus 1us elevetur et dimittatur in 2dum, ultimus movebitur in celeritate quam habebat 1us ante collisionem, ceteris autem in ceteris intermediis quiescet: nam juxta legem positam 1us debet quiescere et 2dus accepit celeritatem, quantam habebat 1us; ergo 2dus id praestabit in 3tius, quod fecit 1us respectu 2di, et sic deinceps usque ad ultimum: ergo ultimus omnino veniens obstaculum movebitur in celeritate quam habebat 1us.

Quare ergo globus A, qui in experimento fuit adhibitus, si super planum volutando impingeret in B quiescentem, post impulsum non quiesceret?

R. Quia in experimento supponitur A habere motum translationis; sed hic haberet motum translationis et rotationis; perderet ergo juxta legem totum suum motum translationis, sed remaneret motus rotationis, quem solum conservaret in loco ubi attingit B si nil obstaret; sed in rotatione super plano, partes ejus planum attingentes plus de suo motu deperdunt propter affrictum ad planum, quam partes superiores deperdant propter resistentiam aeris; agitur partes superiores celerius moventur et procurrunt atque ita alias partes

secum abripiunt.

Lex 2da

Dum A impingit in B quiescens. Si A sit majoris molis quam B, post impulsum A B per eundem directionem A transferuntur, sed A ex ratione excessus sui motus post collisionem retinet; B vero transfertur in duplo quantitate motus per A communicati.

Ex. Si A 4 unciarum (EG) in 6 gradibus velocitatis impingat in B 2 unciarum quiescentem, post contactum A B movebuntur secundum directionem A, A in 2 et B in 8 gradibus velocitatis.

explicatur: si A B fuissent elaterio destituta, post contactum motu fuissent in determinationem A utrumque in 4 gradibus velocitatis: ergo B collisione accepit 4 gradus, ergo per elaterium accepit adhuc 4 in eandem directionem, adeoque movetur in 8 gradibus celeritatis: A vero, facta collisione, 4 gradus secundum priorem directionem sibi servavit et duos communicavit, ergo per vim elasticam accepit 2 gradus celeritatis sed in ipsam priori directioni oppositam, ergo in motus =les oppositi elidantur, reservat sibi in toto duos gradus celeritatis secundum priorem suam directionem

Lex 3tia

Si A impingat in B quiescens majoris molis facto impulsu A reflectitur versus partem ex qua venerat in excessu motus vi elaterii recepti supra motum retentum post communicationem; et B transfertur secundum priorem determinationem A in dupla quantitate motus per communicationem recepti.

Globus A 2 unciarum in 6 gradibus velocitatis impingat in B quiescentem 4 unciarum; post contactum B movebitur in 4 gradibus velocitatis secundum priorem directionem A, et A reflectetur in 2 gradibus expt. Si in A B nulla foret vis elastica, post contactum ambo moverentur in determinationem A in 2 gradibus velocitatis: in B collisione accepit 2 gradus velocitatis per elaterio accepit adhuc 2 in eandem directionem et proinde movetur in 4 gradibus velocitatis: A vero, facta collisione 2 gradus secundum priorem directionem sibi servavit et amisit 4 per reactionem elaterio accepit 4 gradus celeritatis, sed in partem priori directioni oppositam, qui consequenter elidunt 2 gradus in A residuos et A in excessu sive in 2 gradibus reflectitur

Lex 4ta

Si A assequitur B eadem directione motum, post contactum motus B acceleratur ad duplum motus communicati. et A modo continuat moveri secundum priorem directionem

modo quaesit modo repellit nempe pro varia sua mole et Celeritate

unicum Casum hujus legis probasse sufficiet.

Sint globi A et B ejusdem molis et A in 6 gradibus velocitatis assequatur B procurrentem in 2 gradibus velocitatis, post Contactum A B movebuntur in eandem directionem A in 2 et B in 6 gradibus velocitatis

explicatur: si A B fuissent perfecte duri, post contactum moti fuissent ambo in 4 gradibus velocitatis in priorem suam directionem: ergo B collisione accepit 2 gradus, ergo elaterio accepit adhuc duos, ergo in toto habet 6. A vero in collisione amisit 2 gradus, ergo elaterio amisit adhuc 2 et proinde 2 retinet etc.

Lex 3tia

Si A B ex partibus oppositis sibi mutuo occurrant in eadem Quantitate motus collisione facta reflectentur in quantitate motus qua prioribus erant etc.

v.g. si A B ejusdem molis directione opposita quaeque in 6 gradibus velocitatis in se mutuo occurrant post in pulsum uterque in 6 grad: velocitatis reflectetur quia facta collisione uterque suum motum perdidit ergo reactione seu elaterio cuique totum suum motum recepit

Lex 6ta.

Si A B sibi mutuo occurrant in quantitatibus motus [illegible]libus et si A habeat majorem motus quantitatem quam B post contactum B semper reflectetur in toto motu quocum occurrebat A et in bis motu quem post contactum haberet si A B fuissent omni elaterio destituti. A autem perget moveri si ex ea collisione minus quam ½ sui motus amiserit, quiescit si praecise ½; et reflectetur si plus quam ½ amiserit.

Probatur: Quatenus A agit in B in parte sui motus sui motui B, juxta legem praecedentem B reflecti debet in toto motu quocum occurrebat A: Quatenus autem A in excessu sui motus agit in B, post [illegible] B reflectetur in duplo motus quem ratione accepit ab A sive in bis motu quocum B motus fuisset si A B fuissent omni elaterio destituti; ergo in toto B reflectetur etc.

Quod de A ex anterioribus patet.

Quid ergo si moles A sit 2 ½ mole B et A B sibi mutuo ex partibus directe oppositis occurrant A in 9 et B in 6 gradibus velocitatis

R. Si A B essent omni elaterio destituti, post contactum transfe[re]ntur in determinationem A in 4 gradibus velocitatis.

go A sibi servaret 1 in priorem suam directionem tenderet ?, go elaterem accepit 5 in ptem priori dirtioni oppositam; go reflecti debet in uno grdu velocitatis B vero juxta legem reflecti debet in 6 quibus concurrebat A et insuper in 4 ustat 2plicatis quos haberet si A B fuissent pfecte dura; go resilire debet in 14 gradibus velocitatis. hocipsum e experimento observatur

§ 6tus

De legibus Motus in collisione obliqua Corporum

Corpus in ~~[illegible]~~ oblique incurrit ejus motus, ut supra diximus in 2 de Com onet pplarem et pralelum; solo suo motu pplari aliud Corpus pellit go de solo motu pplari proportione motum comunicat, integro sibi servato motu prlelo; seorsim go considera motum pplarem et eidem applica leges pro collisione directa positas. Sint corpora A B ejusdem molis pfecte dura A oblique impingit in B quiescens sicut facta resolutione motus pplaris A sit ut 4 et motus prlelus ut 6: quid fiet post contactum ?

Rs A de 4 gradibus motus pplaris comunicabit B 2 juxta legem sam § 4ti go B movebitur secundum

directionem pplarem in 2 grad: motus A autem 2 gr: motus pplares sibi servabit, et insuper accipiet totum motum prlelum seu 6 gradus. go A describet diagonalem rectanguli cujus latus pplare ẽ ut 2 et parllelum ut 6

Suppone A B pfecte elastica et cætera ead: ut ante Rs post collisionem et restitutionem B movebitur in 4 grd: motus secundum directionem pplarem et A transferetur secundum directionem parllam in toto motu parllo seu in 6 grd: motus: etenim juxta ante dicta A motum suum pplarem amittet et ipsum totum transfundet in B go erit solus et totus super ẽ motus prlelus, quo transfertur

§. 7mus

De medii resistentia

Oia corpora mota, nisi novum impulsum recipiant sensim retardantur et ad quietem rediguntur, idque ex eo, q ubique reperiant sui motus obstacula quorum 2 generalia sunt et nunquam evitari possunt medii nempe sive fluidi pr q transeunt resistentia et affrictus

De affrictu in tractatu de Mechanica agetur, hic medii resistiam examinabimus

Medium autem seu fluidum resistere dr. hoc sensu, q. corpus obvias fluidi ptes loco pellere atque adeo iis de motu suo communicare debeat. major medii resistentia praesique orit. ex majori densitate medii, ex majori superficie corporis secundum quam fluidum findet, et ex majore ejusdem corporis celeritate: tu enim casu plures fluidi particulae de movent.

ex majori densitate medii oriri resistentiam majorem, patet ex eo, q. ut corpus in fluido moveat. usti ptes istius fluidi sibi viam efformare debeat, removendo certum ejus volumen, id quod requirit ut singulis ptibus ejusd: voluminis de suo motu communicet: sed quo medium densius e. eo plus materiae sub isto volumine removendo continet, go eo plus motus ei communicandum e. ideo aqua caeteris paribus plus resistit qm aer, cujus tn. si flabello penetrat. sensibilis sentit. resistentia;

Newton demonstravit corpus sphericum in medio tranquillo ejusdem secum densitatis perdere ½ sui motus, antequam penetrat spatium longitudine

=le duabus sui diametris

Corpora eo majorem pati resistentiam quo ff majorem superficiem in medio sibi viam faciant

pbtr experimento

Sint duæ rotulæ alatæ (F. 5æ) sicut in utraque alæ sint in orbus =les, et eodem modo dispositæ, utrique communicatur eadem quantitas motus, observatur q. =liter in utraque motus diminuatur, et eodem tempore quiescant

2do alæ unius rotæ superficiem aeri acutiorem exhibeant et alterius latiorem, si ut ante utrique eadem quantitas motus communicetur alæ 1æ rotulæ diutius et celerius moveri videbuntur. ratio e quod 1o casu alæ utriusque rotulæ in eamdem celeritatem habeant et eodem modo aerem findant, eodem tempore =lem portionem aeris dimovere debeant, adeoque eodem tempore æque multum de suo motu communicent, sed 2do casu alæ 1æ rotulæ eod: tempore minorem aeris ~~plur~~ portionem dimoventur sibi viam faciunt quam alæ 2æ rotulæ adeoque illæ minus de suo motu communicant et ceteris majorem retinent celeritatem et diutius moventur

hinc Sequitur
68.

1º. Idem Corpus in eodem medio nunc majorem nunc minorem pati posse resistentiam nempe pro diverso modo, quo impellitur, sic v.g. sagitta cuspidatim emissa minorem patitur resistentiam quam emissa transversim, quia 1º casu minorem exhibet aeri superficiem quam 2do et ita paucioribus particulis aeris occurret facilius easdem propellet

2do. Corpora quo minorem habent superficiem proportionate ad suam molem, eo minorem pati resistentiam, unde si v.g. globus A ferreus et globus B ligneus ambo unius librae se incipiant movere per idem medium motu aequali, adeoque aequali celeritate globus A notabiliter diutius movebitur quam globus B quia globus B longe majorem superficiem habet proportionatam ad suam molem

3tio si 2 corpora homogenea seu ejusdem massae, sed unum alio majus in eodem medio aequali celeritate movere incipiant, illud quod major est diutius movebitur cubus A habeat 2 pedes quoque versus et cubus B unum pedem, eorum superficies erunt inter se ut 4 ad 1 moles vero ut 8 ad 1, si ergo illa corpora aequali celeritate ferantur cubus A habebit 8/1 plus motus quam B, unde ut A et B aeque cito motum deperderent deberet A communicare medio 8 plus motus quam B quod si B communicant motum medio proportionale ad suam superficiem, jam autem superficies A est 8 + sed 4 B

tandem ad majorem medii resistentiam contribuit major celeritas corporis moti; quoniam celerius movetur corpus, eo major certo tempore percurrit spatium et aliter eo majus fluidi volumen eo tempore dimovet

Si corpus solidum nunc valde celeriter, postea tardius motum in aqua stagnante viam sibi efformat, 1º vero 2do casu observatur columna aquae ante solidum propulsa, praeterea etiam vacuum post solidum relictum

ratio est quod 1º casu aqua tanta celeritate percutitur ut tempus sufficiens non habeat, ut sese ad latera directionis solidi recipiat, et ita aquam lateralem in locum post solidum derelictum pellat; sed quando solidum movetur lentius aqua quam solidum ante se attingit sese ad latus recipit et aquam lateralem in locum vacuum succedere cogit, plus ergo solidum de motu suo deperdere debet 1º quam 2do casu

Hinc intelligitur quomodo fieri possit, ut aqua celeriter percussa, respective ad solidum aquam subtrahere nitens sese habeat tanquam punctum fixum.

Non tantum in aqua sed etiam in aliis fluidis, imo in ipso metaaere [?] puncto inveniri potest punctum fixum: debent tamen aer, ut pote multo minus densus celeritate majori et secundum superficiem majorem percuti quam aqua. Sic aves celeriter alis suis percutiendo aerem, in eo punctum fixum inveniunt, et hac ratione se sustentare et elevare possunt, non obstante sua majori gravitate specifica

Si quandoque quaedam aves in eadem elevatione paliq tempus versentur expansis alis, absque eo q alarum motus observetur reflectendum se q istae aves multas habeant plumas respective ad molem corporis

2do q in eadem altitudinem o maneant, sed insensibiliter semper descendant nam de tempore in tempus se elevant ut ad priorem altitudinem redeant.

3tio q numquam ita sustentari videantur nisi sint in notabili altitudine et quo conspiciuntur q alae a pte rei moveantur sed q earum vibrationes tam celeres et breves sint ut in magna distantia observari nequeant.

praeter ante dicta medii resistentiam o parum augent pticularum ejus implicatio vis-cositas: quo enim fluidi ptes difficilius separantur eo majorem ejus molem corpus motum ante se ppellere debet

huc usque medium tranquillum consideravimus sed quid si medium moveatur?

si solidum moveatur contra directionem medii majorem quam in medio tranquillo patitur resistentia si moveatur secundum directionem medii, tunc v habet majorem celeritatem quam medium, v o; si secundum tunc nullam patitur resistentiam: si non patitur resistentiam sed minorem quam in medio tranquillo

L 8vus

De Refractione motus

Refractio motus ē determinationis in curvatio, quae contingit in obliquo transitu corporis ex uno medio in aliud magis aut minus resistens.

Duplex datur refractio, una ad perpendicularem accedens, dum nempe corpus oblique transit ex medio magis resistente in medium minus resistens et altera a perpendiculari recedens dum corpus oblique ~~transit~~ ex medio minus resistente in magis resistens.

Ea perpendicularis ad quam hic fit comparatio intelligitur illa quae perpendicularis ē ad superficiem medii quod corpus ingreditur seu quae perpendicularis ē ad punctum transitus ex uno medio in aliud.

Ad motus refractionem duo requiruntur nempe inaequalis mediorum resistentia et obliqua incidentia.

1mo ideo requiritur, quia dum corpus semper in eodem medio vel in diversis sed aequalis resistentiae mediis movetur, nulla ē ratio cur motus directio mutetur, in tunc omnes superficiei corporis partes aequalem patiantur resistentiam

2dum requiri probatur experimento: globus A (Fig. 3a) perpendiculariter demittatur 1o in vas subjectum illo aere plenum, sed

cujus fundum molli cera obductum e. 2do eod: modo dimittatur in idem vas aqua plenum 2do casu cadit precise in cavitatem sa vice in ceram efformatam: go nulla in ingressu ex aere in aquam facta fuit refractio. Sed nec assignari pot ratio cur fieret: etenim oes ptes globi A ex aere in aquam transeuntes describunt parallelas quales sunt Cd et CG ita quidem, ut o globus aquam attingit, aqua directe resistat in O, quam autem ppt ione immergitur, ptes ejus O F, F C et C 7 successive patiuntur aquae resistentiam; sed in eodem precise tempore ptes O K, K C, et C 8 in omnibus respective aeqles et oppositae eamdem patiuntur resistentiam motus p resistentiam deperditus in pte 7 F O, aeqlis e motui p similem causam deperdito in pte 8 K O go in ptibus respective aeqlbus et oppositis nulla datur inaequalitas resistentiae quae tn ad refractionem necessario requiritur

Corpus oblique transiens ex medio minus resistente in medium magis resistens ut ex aere in aquam refringitur recedendo a pplari

Pbtur si globus A (F 4) oblique transeat ex aere in aquam, punctum 5 majorem patietur resistentiam ex parte aquae quam punctum 3 oppositum ex pte aeris, go cum centrum gravitatis dirigatur versus ptem ubi minor e resistentia, dirigetur versus punctum 3, et ita a prima sua directione 2 7 et a pplari o 4

declinavit.

Cum autem toto tempore transitus globi ex aere in aquam ptes immersae aquae majorem patiantur resistentiam, quam ptes respective oppositae et-les adhuc in aere existentes, toto illo tempore globus divergit a prima sua directione et a pplani O 4 describendo parvam tam curvam

Qui ergo piscem in aqua vult occidere debet infra piscem collimare quia glans oblique aquam subintrans, refringitur recedendo a pplari adeoque aliquantulum accendit: adde quod piscis propter refractionem radiorum luminis in loco altiori appareat quam a parte rei est. pro quo nota, quod radii luminis in refractione sequuntur leges, legibus hic positis contrarias

Corpus oblique transiens ex medio magis resistente in medium minus resistens, vg ex aqua in aere refringitur ad pplarem accedendo.

Pbtur: si globus A (F 5a) ex aqua oblique transeat in aerem, pars ejus 2 5 ex aqua egressa minorem patitur resistentiam ex pte aeris quam simul pars opposita 2 6 ex pte aquae, adeoque Centrum gravitatis a directione A C recedit versus pplarem O Q: quo autem major pars emergit ex aqua, eo magis ad illam pplarem accedit, ita ut toto tempore transitus Centrum globi A curvam A x describat, sed post totalem emersionem

iterum la recta insistet.

an corpus aliquando patiatur refractionem, et semper in eodem medio moveatur?

R. affirmative: nempe hoc quandoque contingit propter corporis figuram v.g. licet globus integer in aqua stagnante recta moveatur in ea tamen unum ejus hemisphaerium curve movebitur si secundum directionem superficiei plani parallelam moveatur: ut intelligatur in hac figura hemisphaerium in duas partes divisum concipiatur planum I 2 transeuntem per ejus centrum gravitatis, pars I B 2 respective ad suam molem minorem habebit superficiem quam pars 2 C I



adeoque minor aquae parti resistet sed quia 2da parti ergo centrum gravitatis sese dirigat versus partem, ubi minorem invenit resistentiam a la recta I 2 3 recedet versus partem quae superficiem convexam respicit, et describendo curvam o 5.

licet ordinarie refractio contingat dum mobile ex uno fluido in aliud transit, tamen et locum habere potest dum mobile penetrans corpus solidum utrinque agit in partes inaequaliter resistentes: et ita saepe clavi longi et tenues in asserem in quem impelluntur incurvantur.

Quaenam contribuunt ad majorem refractionem?

R. 1o major differentia resistentiae mediorum

2do tardior motus corporis illa media penetrantis
3^tio^ obliquior incidentia.

Pbtr 1um quo major e differentia resistentiae mediorum eo major e refractionis Causa, ergo etc.

Pbtr 2^dum^ si mobile in instanti transitus propter excessum resistentiae a sua directione deflectat, quo per plura instantia durat transitus, adeoque quo tardior e motus corporis, eo magis deflectet, sive eo major e refractio.

Pbtr 3^tium^ quo obliquior e mobilis v.g. in aquam incidentia, eo diutius una ejus pars ex aqua emerget, et aequaliter eo diutius in una sui parte minorem quam in altera patitur resistentiam et proinde eo magis refringetur.

Hic notandum, quod saepius mobile, dum valde oblique incidit in superficiem fluidi, a fluido reflectatur. Sic glans valde oblique versus ~~[illegible]~~ aquam explosa ab aqua resilit. debet ergo propter valde obliquam incidentiam et Celeritatem glandis ita augeri resistentia aquae, ut tamquam planum solidum sese motui glandis opponat, atque ita glans per reactionem plus aliquantulum comprestarum resilire debet.

Colliges, quomodo Qui eminus de loco valde subnisso piscem in flumine occidere intendit, hominem in ripa opposita stantem occidere possit.

§ 9^{hus}

De Vi Centrifuga

Vis Centrifuga ē Corporis Circulariter moti nisus ut secundum tangentem Circuli quem describit moveat.

Sic lapis in funda Circumactus vim Centrifugam habet; et relaxata una funis extremitate eadem vi recte movet; eadem ē vi, q funda in gyrum agit, funis distendit.

Corpus nitendo secundum tangentem moveri ... nititur a Centro Circuli recedere: hoc ut intelligatur, sit figura 16 in qua globus A Circulariter movet Circumcirca x tanquam Centrum: A habebit nisum ut secundum tangentem A4 moveretur; si vero ita moveretur, continue magis recederet a Centro x; nam existens in 4 plus distabit a Centro x quam in A, et q ē in 3 plus distabit a Centro x quam in 4 v in 2 nisus ille recedendi a Centro ē ... indirectus siquidem puncta 4 3 2 3 tangentis in quibus recedendo a Centro x successive existeret, oblique ... a Centro recedant.

Vis Centrifuga Competit omnibus corporibus tam solidis qm fluidis circulariter motis

vim Centrifugam competere solidis ptz experimento.

Sint globi I & (F. 17) ex eadem materia et ejusdem ponderis, praeterea valde mobiles supra filum ferreum BC; impresso motu circulari observatz.

1º si globus I sit in centro et colligatus globo & globus & recedet a centro versus C, filum trahendo globum I.

2do si globi I & eodem modo ponantz sed non sint colligati I haerebit in centro et & rursus progredietz versus C

3tio si globi I & ita constituantz ut uterque distet =liter a centro si colligati sint uterque in suo loco manebit, si non sint colligati I movebitz versus B et & versus C

expetz 1um casum filum ferreum CB planum circulare cujus C diameter describet ita ut oes ejus ptes circulos concentricos describant: globus & cum uno ex his circulis quem describit in singulis ejus punctis p tangentem a centro recedere nititz sed tangenti insistere nequit [illegible] radium [illegible]

p ejus Centrum adeoque secundum longitudinem
radii versus B recedere debet successive transeundo
p tota puncta radii quae correspondent diversis
tangentibus secundum quas recedere nititur

ut globus 8 ita a Centro recedat et secum trahat
globum 7, vim Centrifugam habeat necesse ē.
q globus 8 vi sua secum trahat globum 7 ptz ex eo,
q si filum, ut in 2do Casu, scindatz, globus 7 a Centro
o recedat. sed nec posset recedere; nam Centrum ejus
utpote in Centro Convolutionis existens, o Circulatz,
et ejus ptes respective =les et oppositae, ideoque invicem
firmiter cohaerentes, =les et oppositas habent recedendi
vires, quae constanter se mutuo eludunt; prout in 3tio
Casu se mutuo eludunt vires =les oppositaeque globorum
7 8, si sunt colligati.

exemplum familiare, ubi vires Centrifugae =les et oppositae
sese eludunt, habetz in turbine a fune liberato
sequenti experimento ptz, vim Centrifugam ē fluidis competere.
sit vas A (Fig 18 aqua plenum, p tubos EB et GC
in globis vitreis K et communicans, impresso motu
Circulari aqua p tubos ex A tendit in globos K F

expõtã motu circulari aqua vim centrifugam acquirit quæ d major e qm resistentia aquæ ex gravitate orta aquam versus extremitates K F pellit, et quidem aqua orificiis tuborum adstans 1o. subintrat globos hanc subsqtr altera similis aquæ pticula 2dam sub. sequitr 3tia et ita cõnter donec globi K F et tubi K E et g F sint pleni

Quandoquidem vis centrifuga nil aliud sit qm conatus corporis ad continuandum motum secundum tangentem circuli quem describere cogitr estimanda e sicuti motus quantitas pdto molis p celeritatem corporis moti, adeoque vires centrifugæ diversorum corporum sunt in rtione composita directa molium et celtum

Celeritas corporis circularitr moti cognoscitr ex magnitudine circumvolutionis et ex tempore q ad illam absolvendam impendit, ita ut quo major e circumvolutio seu quo major e spatium percursum, et quo brevius e tempus, eo major sit celtas.

Magnitudines circumvolutionum sunt ut distantiæ mobilium a centro circumvolutionis, ita ut si radius BO (Fig) sit $\frac{2}{1}$ — radio A O circumvolutio B sit $\frac{2}{1}$ — revolutione A. q vires centrifugæ sunt in rtione composita directa molium et celtatum, experimentis confirmatr

in fra 22^{a} Sint pixides A B ejusdem ponderis item pondera G C ipsis pixidibus alligata sint =lia, Circumacta celeriter machina Circum Circa Centrum O observatis.

1° Si pixides A B =liter distent a puncto O seu si habeant velocitates =les, eodem tempore recedere incipient A versus K et B versus L. elevando pondera sibi respective alligata

2° Idem Contingit, si eadem proportione augeatur pondus unius pixidis qua altera a Centro O longius removetur

3^{tio} Si pixides A B maneant =les, sed A distet a Centro O $\frac{2}{1}$ plus qm B, A recedet versus K et B manebit immota nisi Circumvolutiones accelerentur

4to si A B maneant disposita ut 3^{tio} Casu sed pondus G 2plicetur, A B eodem tempore recedere incipient

5to Si A B =liter distent a Centro O, sed pixis A sit $\frac{2}{1}$ + ponderis qm B item si pondus G sit $\frac{2}{1}$ + pondere C iterum A B incipient recedere eodem tempore

notw, C in sibus Casibus tempus periodicum sit =le, m A B applicentur eidem rglæ K L, cujus oes ptes eod: tempore suas circumvolutiones peragunt

duobus primis Casibus m A B eodem tempore ~~Circumfluunt~~ elevent pondera =lia, vires Centrifugas

habent =les, sicuti juxta proportionem positam habere debent: nam se Casu moles item Celeritates sunt =les, et altero Casu moles sunt in ratione reciproca Celeritatum 3tio Casu propter majorem Celeritatem A habet majorem vim Centrifugam quam B

4to item 5to Casu vis Centrifuga A = $\frac{2}{1}$ + vi Centrifugae B, nam A vim cat 2plam resistentiam, sed illa dupla vis 4to Casu oritur ex celeritate 2plicata et 5to ex mole 2plicata: igitur vis Centrifuga Crescit proportionate ad molem item ad Celeritatem

alio experimento ostenditur vim Centrifugam crescere crescente mole

in tubo A (F 20) continetur mercurius et aqua in B oleum tartari et Spiritus vini in C aqua et globus eneus, in E aqua et globus suberius

machina quiescente graviora sunt in fundo sui tubi sed si machina Centrifugaliter agitur graviora ad superiorem partem sui respective tubi elevantur et leviora versus Centrum detruduntur

expli per motum Circularem tubi item eorum contenta vim Centrifugam acquirunt, igitur aqua item mercurius in tubo A ascendere conantur

Sed superior mercurii portio ut pote habens + molem et moralitet eandi: [illegible] ac inferior aquæ ptio qum attinget, majorem habet vim centrifugam, adeoque majori nisu sursum tendet. Sed cum [illegible] sit impenetrabiles, et superior tubi pars aqua plena altius mercurius elevari nequit nisi in quantum ascendet in tto similis aquæ portio descendat, hæc autem aquæ ptio infra [illegible] ptionem mercurii descendens, iterum simili ptioni mercurii incumbit, adeoque ut ante precipitatio[illegible] in [illegible] aquæ et mercurii ptionibus contingit, donec finaliter tota massa mercurii superiorem et tota aquæ columna inferiorem pteni occupet. Simili modo explicat, quomodo graviora ascendant in aliis tubis.

Huc è spectat exemplum, quod nobis subministrant agricolæ, qui ut palleas a grano separent, toti matriæ motum circularem imprimunt, quo fit, ut grana [illegible] [illegible] graviora majori vi centrifuga recedendo paleas versus centrum tendant.

eadem ratione paleæ, aliaque corpuscula levioræ vorticibus aquarum innatantia versus ad Centrum Vorticis detruduntur.

excessus tñ Celeritatis Corporis minoris molis sæpe Compensat imo superat excessum molis alterius, hic observatur q in ventorum Vorticibus paleæ Cineres pulveres aliaque hujusmodi Circa Centrum Vorticis verduntur licet aere sint multo graviora

Sequentia experimenta indicabunt varios præcipue Circa directionem eius affectus, qui sunt quando Corpora diversæ gravitatis in sphæra Circulariter moventur.

Probatur 2do vibrationes corporis cycloidem inversam percurrentis sive majores sive minores sint semper sunt isochronae: sed arcus circulorum cujus diameter e 2/1 + axi cycloides non differunt sensibiliter ab

arcubus Scloidis Si circuli ~ ō excedant 3 aut 4 gradus g°.

p Scloidem intelligitz ea curva quae describit punctum cestra circuli intra idem tpus quo cestra supra planum convertitz ita ut puncta ejus o. ~ diversis successive ptibus plani applicentz sicque ea quae cestra in plano describit e =lis eidem cestrae. talis curva describitz p clavum rotae ~ rheda equo trahitz. figura 4ta tabulae 5e una ejus medietas inversa exhibetz

Ejus Scloidis e diametz circuli p quem illa generatz. Geometrae probant q corpus in Scloide inversa motu suo ōes arcus sive majores sive minores eodem tpore describat; qua pprietate Scloide vibrationes ees intra idem tpus absolvuntz et ideo dominus Hugens Scloidem circulo substituit ut vibrationes pendulorum exacte essent isochronae.

Alia Scloidis pprietas e q corpus citius pervenerit... quam p quamcumque aliam lineam. qui plura de Scloide cognoscere cupit consulat tractatum ejusdem domini Huygensi de horologio oscillatorio

De motu gravium secundum lineam horizonti parallelam aut inclinatam projectorum

Si gravia sursum v. deorsum projiciantur secundum directionem horizonti p[er]p[endicu]larem eorum directio ut p[ate]t coincidens in directione gravitatis o mutatur:
1 Sed si projiciantur secundum directionem horizonti parallelam aut inclinatam lineam curvam describent; q[uia] a duabus viribus impelluntur quorum una e[st] projectionis, quae continuo manet eadem, altera e[st] gravitatis quae continuo augetur adeoque grave viam mediam describere debebit accedentem continuo magis ac magis ad directionem gravitatis. hinc illa directio continuo inflectitur et curva e[st] ut conspicere licet figuris 10a et 11a, geometrice probatur istam curvam esse parabolam.
hinc colligitur de quare pila e summitate mali navis quae fluminis motu transfertur descendendo lineam parabolicam describat: nam pila duplici directione impellitur, altera perpendiculari orta ex vi gravitatis, altera horizontali, quae pilae et navi communis e[st], adeoq[ue]

debet versus medium ire et similem lineam describere, qui describunt etiam gravia quae secundum lineam horizontis perlatam projiciuntur. curvitas descensus pilae facile perspicitur ab illis qui in littore sunt sed sedentibus in nave videtur perpendiculariter descendere quasi nullus esset in pila motus horizontalis perpendiculariter descenderet. sed in sedentium in navi eodem modo descendet ac si motum horizontalem non haberet, quandoquidem est motus ipsius et pilae communis sibi, atque motus communis nulla sit habenda ratio.

2do quaere pluvia e tecto, globus e tormento horizontaliter vel oblique explosus per lineam curvam descendunt.

in instrumentis jaculatoriis duplex linea consideranda venit prout patet figura sea.: una scilicet visionis g H quae ab oculo g juxta superficiem tormenti in H ducitur, altera directionis I J quae a centro tormenti ad eundem scopum ducitur in qua a parte posteriori vel anteriorem tormentum continuo fiat minoris diametri, linea visionis g H cadit infra lineam directionis F O I ita ut globus explodatur in puncto I q altius e qui punctum F attingere debet

atque ita compensatur descensu globi quem motus acceleratus gravitatis producit.

De Causa Gravitatis.

Newtoniani ut unam legem & saltem ut omnium corporum proprietatem ponunt quod omnia corpora se mutuo attrahant in ratione directa massarum et ratione inversa duplicata distantiarum atque per illam legem omnia gravitatis phaenomena explicare conantur. nobis praeplacet opinio eorum qui corporum terrestrium gravitatem attribuunt motui fluidi quod circum circa terram diffusum est. etenim corpora secundum se considerata sunt ad motum et quietem est indifferentia et ad hanc vel illam directionem, unde nisus corporum terrestrium versus centrum terrae a causa extrinseca provenire debet quae juxta ordinarias naturae leges alia esse nequit quam corporis impulsus: etenim ratiocinandum est de motu gravitatis sicuti de motibus aliis corporum qui numquam communicantur sine alterius corporis impulsu: quod autem illud a corporibus terrestribus destitutum est et eo patet quod omnia corpora terrestria illam

versus Centrum ~~terrae~~ tendentiam habeant, igitur e fluidum circum circa terram diffusum quod materia celestis vel etiam materia etherea vocari solet et aeque corporum gravitas Constatur: verum circa modum quo ista materia operetur variae sunt opiniones quae nos plurimas patiuntur difficultates vg qui gravitatem describunt excessu vis Centrifugae materiae etherea supra vim centrifugam Corporum terrestrium vix explicare possunt tendentiam eorum versus Centrum terrae nam ex potentia Constat per excessum vis Centrifugae fluidi, quae ei innatant corpora e detrudi versus Centrum totius fluidi sed versus Centrum istius circuli in quo reperiuntur, ideo: pariter per excessum vis Centrifugae materiae aethereae supra vim Centrifugam corporum terrestrium illa detrudi deberent e versus Centrum terrae sed versus Centrum istius Circuli materiae aethereae sub quo reperiuntur.

Felicius caeteris systematibus gravitatis phaenomena explicare videtur sententia eorum qui corporum gravitatem repetunt ab excessu elasticitatis materiae

et sic æther occurrens corpori illud ex parte eius a centro remotiorem (praeter fluidi et praeter fluendo versus centrum terræ detrudet

illa quæ existentiam materiæ æthereæ vorticesque quos illa materia efformat concernunt traduntur in tractatu de systematibus mundi et hic supponuntur.

ut melius intelligatur modus, quo materia æthereæ gravitatem efficiunt, sequentes hic subjiciuntur propositiones

Propositio 1a.

æther prope superficiem terræ 17 citius movetur quam terræ superficies propter rotationem terræ.

nam juxta regulam Kepleri □a temporum revolutionum planetarum sunt ut cubi distantiarum a centro: ergo materia ætherea quæ est causa istarum revolutionum in diversa a centro terræ distantia eandem sequitur legem, sed luna et consequenter materia ætherea in eadem distantia a centro terræ distat 60 radiis terrestribus et tempore 27 dierum 7 horarum et 43 minutorum unam revolutionem absolvit, superficies terræ et materia ætherea ei correspondens ab eodem centro distant radio terrestri: igitur celeritas materiæ æthereæ prope superficiem terræ invenietur instituendo

hanc proportionem ut Cubus distantiæ lunæ a Centro terræ ad Cubum distantiæ superficiei terræ ab eodem Centro ita [illegible]□ temporis 27 dierum 7 horarum 43 minutorum sonum [illegible] ad □ temporis quod materia ætherea propria superficiem terræ impendit in una Circumvolutione facto calculo illud tempus invenitur facere 1/17 24 horarum: ergo in superficies terræ unam revolutionem peragat tempore 24 horarum, materia ætherea ei correspondens decies septies citius movetur quam superficies terræ Dominus Hugens demonstravit hunc excessum celeritatis necessarium esse ut corpora propter causam gravitatis perpendiculariter decidentia uno minuto 2do 15 pedes parisienses percurrant

Propositio 2da
Æther eo Citius movetur quo Centro vorticis est vicinior

hoc patet inspiciendo figuram [illegible] tabula 8tiæ in qua ecliptica A B C D F representat extremitatem vorticis et cujus centro x. Ducantur radii x B et x C, ubi necessario intercipitur in ecliptica notabilem arcum B C; igitur in, ut in tractatu de systematibus dicetur vortex solaris undique comprimatur a vorticibus vicinis et terra

vortex a vortice Solari in quo Continetur, necesse est ut pressio facta in ~ BC continuo communicetur minori et minori quantitate materiae, scilicet quo magis ad Centrum accedit, cumque eadem motus quantitas sit in omnibus circulis concentricis vorticis ex eo quod omnes quantitates materiae = les latitudinis inter radios x B et x C existentis = librio, materia aetherea in minori quantitate in minori circulo concentrico eo celerius movetur, ergo materia aetherea quo est centro propinquior eo celerius movetur

Propositio 3tia

Ether Corpori occurrens illud per partem
a Centro remotiorem praeterfluit
et versus Centrum agit.

Sive enim aether occurrit vel e superficiei terrae affixum, aut in eadem a terra distantia detentum per vim exteriorem, vel libere causae gravitatis obedit: priori Casu materia aetherea Corpori occurrens a Centro recedit et ipse Corpori supra imponit in parte a Centro remotissima, ut patet in eadem figura, in qua est corpus HL in eadem a Centro distantia detentum, in quod agunt materiae aethereae portiones. 11 22 33 motae a partibus B versus A A materia 11 celerius movetur quam materia 22 et haec celerius quam materia 33, igitur necesse est ut corpus HL minorem habeat celeritatem quam materia 11 et minorem quam materia 33 adeoque inducere debet celeritatem inter has

mediam, sicque materia 33 illud corpus protrafluens per partem superiorem X, et materia superior minorem habet celeritatem quam inferior minus resistit ingredienti materiae laterali, maxime in canali superiori multo latior sit quam canalis inferior; etenim latera canalis superioris sunt ab una parte extremitas vorticis in nomen [illegible] a centro distans et ab altera parte illud corpus: latera vero canalis inferioris sunt ab una parte idem corpus et ab alia centrum vorticis. accedit, quod illa materia aetherea ratione motus circularis [illegible] habeat [illegible]; tandem in corpus illud motum celeritatem media [illegible] producat 3 celeritas, [illegible] moveatur, quam materia superior, necesse est ut materia superior post corpus relinquat spatium replendum per materiam inferiorem [illegible], sicque materia inferior 33 et 22 ascendens subintrat canalem superiorem et agens in materiam superiorem illud corpus detrudere [illegible] versus centrum, quod corpus cum supponatur in eadem a centro distantia detentum, materia canalem superiorem ingressa longius a centro recedant corpus praeterfluit: si vero illud corpus libere obediat, materia agens in ejus partem superiorem illud directe versus centrum detrudit absque eo quod materia illa a via sua deviet in tunc ex parte corporis nullam patiatur resistentiam.

Juxta hoc systema omnis effectus præcipuæ gravitatis proprietates

1º gravitas proportionata est moli corporis et ideo in æthere puro omnia corpora vi gravitatis æquali celeritate decidunt. Sit figura 2da tab: 3tiæ particula Cubica ABCD non porosa, tali casu particula similem quantitatem ætheris correspondentem versus Centrum agit; nam quantitas ætheris BEFD illi occurrens tota ascendit supra superficiem quæ BAC, adeoque particula illa versus Centrum detrudit secundum altitudinem quæ DB latitudinem AC et longitudinem AB, ergo proportionaliter ad suam molem: si autem corpus ex plurimis talibus particulis constet, quæ ex omnibus, quæ si sibi invicem superimposita sint, tunc 2 portiones ætheris corpori illi occurrentes, omnes totaliter ascendunt et impulsionem dabunt 2plo fortiorem, quam si una tantum accederet, prout contingeret si ista partes forent separatæ.

ex quo sequitur eo majorem esse ætheris quantitatem quæ corpus deprimit, quo plures sunt particulæ non porosæ in corpore; hinc in aurum sub eodem volumine contineat multo plures particulas non porosas quam lignum sub æquali volumine, aurum multo gravius est ligno

2º effectus gravitatis est gravium in descensu uniformiter acceleratio scilicet corpus continuo novum accipit impulsum a novo

æthere præter fluente qui impulsus externo sunt fortiores et interiores ut proinde ab æthere qui continuo ejus motu, id impulsuum excessus compensat: illud corpus grave quod æthere eum deperdit et sic singulis instantibus [illegible] acquiret celeritatis augmentum.

3° corpora circa polos terrestres sunt graviora quam circa æquinoxialem quod constat ex observationibus academiæ scientiarum parisiensis terra circa polos applanata adeoque corpora illic sunt centro viciniora, quo versus illud aguntur per majorem ejus motum quam versus æquinoxialem

4to. gravitas crescit in ratione inversa quadratorum distantiarum a centro terræ.

id patet in figura 3tia tabulæ 3tiæ in qua corpus A ponitur in tribus diversis a centro distantiis, existens in 3 correspondet minori arcui et exhibet minorem superficiem ætheri agenti illud deorsum quam existens in 2, et in 2 minorem quam existens in 1, nam arcus cb minor est quam arcus De et arcus De minor arcu Fg, adeoque quo magis accedit ad centrum eo est gravius, sed illi arcus intercepti sunt inter se in ratione inversa quadratorum distantiarum eorum a centro, ut patet ex geometria, ergo est eadem est ratio gravitatis corporis in illis diversis distantiis

5to

cpus ubicumque existat, sive circa polos sive circa æquatorem, semper vi gravitatis versus centrum vorticis terrestris aget.

Sit figura 4ta in eadem tabula 3tia, Ix axis vorticis terrestris, A B æquinoxialis, sit cpus A circa polum, tali casu materia A C B ut pote centro propinquior majorem habet celeritatem quam materia A I B remotior: ergo materia A C B ascendet supra cpus grave et agens in partem ejus B I A a centro remotiorem, illud cpus ad centrum detrudit; non potest autem materia illa cpus figere in puncto A axis vorticis, quia materia in A et B ut pote æqualiter a centro distans æqualem habet celeritatem.

ex dictis collige solutiones ad objectiones, quæ ex phænomenis gravitatis contra hoc Systema fieri possunt.

Quæ objiciuntur contra existentiam fluidi ætherei et vorticum ad tractatum de Systematibus mundi spectant. Specialiter hic objicitur

Objectio 1a

planetæ sunt corpora terrestribus similia, quæ prope terram vi gravitatis versus centrum detruduntur, ergo juxta hoc Systema planetæ


detrudi deberent ad Centrum vorticis solaris
Rsp. C.; ex posita hac systemate materia aetherea
impingens in planetam deberet totaliter ascendere
supra illum.
Probatur ass: ea totaliter ascendet supra corpora terrestria
in vortice terrestri; atqui planetae sunt corpora terrestria:
ergo &c.
Rsp. N. C. et potentiam disparitate quod planetae sunt
corpora majora quam ut materia impingens in illa
ascenderet sursum et se illis superimponeret, exque
fit ut certa quantitas fluat per canalem inferiorem
et agens versus centrum et planetam excitet actionem
+ quantitatis unae fluentis per canalem superiorem
Ea canalis superior mundo plenus materia aetherea
nimius resistit quam ut tota una quantitas eum
subintraret, deinde in majorum sit moles planetae, deberet
materia inferior propinque distans canali inferiori
remeare contra fluxum vorticis, adeoque majorem invenit
facultatem subintrandi canalem inferiorem;
praeterea in planeta in vortice moveantur tandem
quam materia circum stans et est quam materia superior
quae relinquitur post corpus planetae in parte superiori
spatium implendum a materia inferiori, sicuti corpora
terrestria post se relinquunt.


Objectio 2da


materia aetherea movet 17 cbris
quam terra et corpus grave, quod deberet
secum abripere in suam directionem corpus grave
prout c[illegible] flumini celerius moto impetus globus aqua
specifice levior ille secundum directionem fluminis
abripitur, atque hoc ideo, quia majori celeritate aqua
fluminis quam ipsius globi, et sicuti ille globus
innatat aquae fluminis, ita corpora terrestria
innatant materiae vorticis terrestris, quae deberent
partes per majorem celeritatem aetheris abripi juxta ejus
directionem.


R. Nego paritatem: ratio disparitatis quia materia impingens
in corpus grave statim per excessum suae celeritatis conatur
ascendere supra corpus grave et hoc deorsum premere
adeoque major illa celeritas requiritur ut materia illa corpus
deorsum agat, et quidem tantus ejus excessus esse debet,
ut cum terrestria tempore unius minuti 2di percurrat
15 pedes alias e in casu praesenti in quo illa aqua citius
impingendo in globum illum secundum sui directionem
propellit ei moralem communicando eandem quam habet
celeritatem.

Finis



4ta
L
K
B
A
3tia
A
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
K
o
9na
A
C
C
H
B
I
F
E
K
A
I
H
10a



2da
4ta
3tia
5ta
6ta
9na
7a
8a
10a



11ª
13ª
14ª
15ª
17ª
18ª
3
4
B
C
F
G
L
O
K
E
A
D


10a
11a
12a
13a
14a
15a
16a
17a
18a
19a
CIBecKer. ex. Lov.


Tab. gravitatis 3tia









Tab. gravitatis 3tia







Tractatus De Mechanica

Caput Primum

De Mechanica in generali et de resistentia affrictuum ac funium

§ 1us

De Mechanica in generali.

Mechanicas artes per contemptum vocant illiberales istas artes, quas rude vulgus exercet in quibus labore magis quam ingenio opus.
apud geometras aliquid mechanice non geometrice factum dr per materialis cujusdam instrumenti applicatione vel alio simili modo aliquid efficitur vg si quis a tenuto filo ad diametrum, se deinde ad circumferentiam circuli quae sit hujus ad eam proportio investigare velit et experimento facto circumferentiam circuli $\frac{3}{1}$ + esse diametro et paulo amplius inveniat, mechanice factum dicitur
Hinc mechanica pro machinari scientia usurpatur pro ea physicae parte quae petita a geometria subsidio variarum machinarum aparatum nobis suppeditat eorumque usum explicat
utilitatem ac necessitatem hujus scientiae abunde probant omnia ea adinventa instrumenta sine quibus quae tum ad victum tum adamictum humana societati

sunt necessaria quæ paranturi
2 propriè sit ejus ptes hydrostatica et geostatica
de hydrostatica quæ pondus et æquilibrium liquidorum
examinat postea tractabitur.
Geostatica de qua hic agitur circa solidorum æquilibrium
versatur expenditque vires motrices machinis applicatas
ut pondera moveant et resistentia qualibet vincunt
Machina sit instrumenta juvandum hominum conatibus idonea.
alia sunt simplices aliæ compositæ
simplices vectis et planum inclinatum: compositæ sunt
quæ ex simplicibus componitur ut si vecti addatur trochlea &c.
de Vecte et machinis compositis quæ ad vectem reducuntur
capite 2do agemus capite 3tio de plano inclinato
et compositis huc spectantibus: verum de præcipuis duntaxat
machinis compositis dicturi sumus in tam variæ sunt
quam late patet humani ingenii industria
per potentiam seu vim motricem intelligitur vis quælibet
adhibita per machinam ad movendum quodvis corpus resistens
unde manus premens, equus trahens gravitas et elaterium
elaterium alicujus corporis habere possunt rationem potentiæ
resistentia est ejus quodcunque quod potentiæ conatui resistit
seu ad quod elevandum vel quovis modo movendum vis
potentiæ adhibetur
vires potentiæ et resistentiæ spectari possunt vel ut
absolutæ vel ut relativæ

vires absolutæ sunt vires in se ipsis consideratæ: relativæ autem sunt vires spectatæ secundum rationem qua in machina agunt

æquilibrium quotiescumque, supposito motu, potentiæ et resistentiæ vires relativæ opponuntur in ratione inversa spatiorum eod: tempore ab illis percursorum

nam habetur æquilibrium si habentur motus quantitates æquales et oppositæ et qui in supposito mediantibus machinis producantur motus quantitates æquales et oppositæ quæ in æqui=valenti habebuntur moles in ratione inversa celeritatum vires enim potentiæ et resistentiæ sive animatæ semper repræsentari possunt per quasdam moles vel pondera cum vel ponderis actioni cujuslibet potentiæ semper fieri possit æqualis

in tradendis principiis de mechanicæ

1° supponi debent machinæ nullius vel saltem æquabilis ponderis; quia propter omnia instrumenta mechanica cum se ipsis constitui debent in æquilibrio priusquam ad principium aliquod experimento affirmandum adhibeantur

2° seponi debent omnia extrinseca quæ potentiam aut resistentiam augere vel diminuere possunt hinc abstrahitur a resistentia medii affrictuum &c de resistentia medii alibi actum est: unde hic sit

|4|

§ 2dus

De resistentia in machinis seu frictione

frictio e resistentia superficiei p quam incedit.

Corporum superficies innumerabilibus prominentiis et cavitatibus scatet hinc d[um] corpus unum alteri superimponitur partes unius prominentes in alterius cavitates et poros intrantur et vicissim: quare unum super alio moveri nequit nisi asperitates unius frangantur prominentias alterius v inflectant, v super illas ascendant in alterius cavitates lapsurae, ex quibus intelligitur quanta motus retardatio ex frictionibus nascatur.

Duplicis generis distingui possunt affrictus v enim continuo eadem corporis particulae affricantur ad diversas particulas alterius, v diversae particulae unius diversis successive particulis alterius applicantur. utriusque exemplum familiare habetur in rota alicujus currus moti, si enim rota libere circumagatur diversae continuo partes circumferentiae ejusdem diversas attingunt partes plani: sed si rota mediante catena sic currui alligetur ut volvi non possit circa circum axim tunc continuo eadem circumferentiae ejusdem partes applicantur ad diversas partes plani, et quae hic affrictus multo major et notabilior altero quam in 1o casu partes rotae motu conversionis attolluntur, sicque e plani cavitatibus egrediuntur, ejus prominentias [illegible]

[5]

qm directe penetrando: quemadmodum dentes rotulæ horologii ex alterius rotæ dentatæ striaturis facile exeunt

Quænam augent resistentiam affrictus

1º eo major e resistentia affrictus quo major e asperitas superficierum quæ ad se mutuo applicantr. asperitas estimanda e ꝯ modo ꝑ uno eminentiarum verum e ex difficultate eas abradendi v deprimendi

2do quo major e superficies secundum qm corpora sese attingunt: qa eo plures eminentiæ unius intrinsecantr incavitates alterius

3tio quo majori vi corpora adinvicem premuntr sive vis illa sit ipsum corporis pondus sive alia qualiscumque vis extrinseca: qa eminentiæ unius tto profundius et tto plures emergunt in alterius cavitates, adeoque major vis requiritr ut inde rursus attollantr v e deprimantr aut abradantr.

ex his capitibus frictionem crescere satis certum videtr; sed in qua proportione augmentum illud fiat hactenus determinari ꝯ potuit. observatum interum fuit resistentiam augeri magis ex majori pressione qm ex majori superficie: et ita si corpora A et B homoge=-nea et æque ponderæ affricentr ad idem ?tum et A habeat superficiem $\frac{2}{1}$ + sed molem $\frac{2}{1}$ minorem

qui hi tunc hi patiet majorem resistentiam quod ut ex dictis evidens evadit in praxi minime negligendam esse resistentiam quae oritur ex affrictu, et quae in majoribus instrumentis valde notabilis est. cum tamen non possit determinari, hinc in tradendis mechanicae principiis ab ea abstrahitur et solummodo comparatur potentiam motrix ad corpora quae elevari debent seposita quavis extrinseca resis=
=tentia.

multum diminuitur affrictus obliniendo superficies materia quadam pingui quia haec sese insinuando intra extan=
=tias superficierum eas magis reddit politas sicque corpora per illas quasi glissendo facilius moventur

§ 3tium

De resistentia funium.

Funes non sunt ad corpora liganda sed etiam ad mutandam potentiae directionem, aut etiam ejus actionem resistentiae communicandam inservire notum est

Secundum se potentiam nec augent nec minuunt. sic si quis fune trahet corpus aliquod [abstractione facta a gravitate funis et aliis] istud ejus eadem vi trahetur sive funis longior sit sive sit brevior: vires enim potentiarum et ponderum aequales sunt in omnibus directionibus suo ptibus.

resistunt tamen funes potentiae 1º ratione proprii ponderis: nimirum cum illud saepe totum vel pro parte a potentia movente vinci debeat

Considerando funes tanquam cilindros pondus unius e(st) ad pondus alterius sub pari longitudine ut □ diametri unius e(st) ad □ diametri alterius

2do resistunt curvaturae suae; si scilicet trahuntur secundum directionem a perpendiculari diversam pondere suo incurvantur et sic saepe contingit ut directio potentiae mutetur in obliquam vel saltem in magis obliquam si jam inde obliqua sit ratione rigiditate sua crescit autem rigiditas sicut experientia constat

1o eadem ratione qua augentur pondera vel vires quibus funes tenduntur

2o eadem proportione qua crescunt funium diametri

3tio quo minores sunt cilindri vel trochleae quibus funes convolvuntur eo major e(st) resistentia ex rigiditate orta; licet hic non sit in eadem ratione

ab omni hac resistentia, quae tamen maxime attendenda e(st) in praxi, in sequentibus abstrahimus

quaeri hoc loco potest circa funes seu cordas quae componuntur ex pluribus filamentis sibi implexis, an si una constet v.g. 100 filis quorum singulum possit sustentare unam libram utrum ista corda sustentare possit 100 libras

Resp: ratio e(st) quod ut pondus 100 librarum sustentaret quodlibet filum deberet aequaliter sustinere; jam autem cum fila illa varie sibi implexa sint necessario pondus illud non aequaliter dividitur sustentandum inter fila, sed unum plus altero sustentabit, illud scilicet in quod pondus magis perpendiculariter agit, adeoque illud rumpi debet utpote in supposito

tt valens sustinere unam libram: hoc filo rupto è alia rompentur in singulum tt unam libram sustentare valeat et jam 100 libræ sustentandæ forent a 99 filis. deinde l è si aliter tenderentur seu aliter sustentarent adhuc eo ō obstante corda illa exposeta 100 libris sustendandis impar foret, nam singula fila ō tt tenderent ratione unius libræ sed è ratione virium quibus sibi mutuo implicata sunt seu super invicem contorta, q sine tensione fieri nequit unde singulum filum tenderetur plus quam pro una libra ergo rumperetur.

Circa cordas quaeritur quem in iis effectum producat humiditas R eas inflat et breviores reddet, q humor poros earum subintrat sique particulas earum extendit: ō possunt autem particulæ extendi quin extremitates ad invicem accedant ō sicut vesica utrinque se communicantes et pondere appenso tensæ in sufflando aerem inflantur et pondus attollunt. hinc cordis utimur ad explorandam atmosphera humiditatem, ō enim corda contrahitur signum ē eam p humores quibus impregnatus est aer humectatam e. tum vero longior fit signum ē eam propter diminutos aeris humores fieri siccam instrumenta hæc hygrometra vocantur.

Caput 2dum

De vectibus simplicibus et compositis

1us De vecte in grali

Vectis, machinarum omnium simplicissima longe sum locum inter instrumenta mechanica locum occupat

Si mathematice spectetur, est linea recta inflexibilis gravitatis expers et circa punctum fixum versatilis. huc ad vectem referuntur instrumenta omnia in quibus vectem circa punctum fixum mobilem concipere licet, cui uno in loco pondus aliquod in alio potentia in usum applicatur

in vecte 3 sunt distinguenda potentia resistentia et fulcrum seu punctum fixum cui vectis innititur et circa quod moveri potest pro 3plici ratione qua fulcrum cum potentia et pondere componi potest triplex est vectis genus. [illegible]

vectis 1i generis dicitur quo fulcrum inter potentiam et resistentiam collocentur qualis ex hibetur figura 2da

Secundi generis vocatur quando resistentia applicatur vecti inter fulcrum et potentiam ut (F 3)

3tii generis est quando potentia agit inter pondus et fulcrum ut F 4 in quavis ex his 3 figuris fulcrum est in puncto C resistentia denotatur per pondus P et potentia per pondus O.

Observandum est duobus corporibus quae vecti appenduntur alterutrum assumi posse pro libitu ut pondus seu resistentiam, alterum ut potentiam motricem et vice versa

Observandum 2do distantias potentiae et resistentiae a fulcro denotare ipsorum celeritates quas haberent si fieret motus: nam celeritates sunt ut spatia temporibus aequalibus percursa: hic autem tempora sunt aequalia et distantiae

a fulcro sunt ut spatia percursa ergo celeritates sunt
ut distantiae a fulcro sic si Fig. 1a supponatur A distare
$\frac{2}{1}$ + a fulcro C quam B celeritas A erit $\frac{2}{1}$ + celeritate B;
nam eodem tempore quo A descendendo describeret lineam
A O, B ascendendo describeret lineam B x; jam autem
Δ^a A C O et B C x sunt = lia ac proinde A O
ad B x = A C : C B adeoque eod: tempore A describeret
lineam $\frac{2}{1}$ + quam B

in vecte habetur =librium quoties potentiae et resistentiae
vires relativae sunt in ratione inversa distantiarum
a fulcro.

patet hoc ex ante dictis. si ergo potentia et resistentia
in vectem agant perpendiculariter, erunt in =librio dum moles
eorum sunt in ratione reciproca distantiarum a fulcro.
sic si Fig. 2a et 3tia potentia O distet $\frac{3}{1}$ plus
a fulcro C quam pondus P distet ab eod: fulcro, ut
habeatur =librium debet moles ponderis P esse $\frac{3}{1}$ +
mole potentiae O nam cum distantia O sit $\frac{3}{1}$ +
distantia P a fulcro est celeritas O si fieret motus
esset $\frac{3}{1}$ + celeritate P adeoque ut haberentur motus
quantitates =les debet e converso moles P esse $\frac{3}{1}$ + mole
O

propter eand: rationem si Fig. 4a punctum B in quo potentia
O agit distet $\frac{3}{1}$ + a fulcro C quam punctum A debebit
ad =librium moles O esse $\frac{3}{1}$ + mole B

prædicta experimentis comprobantur

Si in vecte 2i generis F 2a fulcrum C sit precise medium inter A et B et pondus P 6 oncearum, debebit potentia O esse 6 oncearum et semper habebitur æquilibrium

Similiter supponitur F 3a pondus P esse 6 oncearum et punctum A 3/1 distare a fulcro C quam ab eodem distet punctum B in quod agit potentia O. ut habeatur æquilibrium in O P, debet O esse 2 oncearum.

Si in vecte 3ii generis figura 4a punctum A a quo pendet pondus P 6 oncearum 3 ... distet a fulcro C quam punctum B in quo agit potentia O, ad æquilibrium requiritur ut potentia O sit 18 oncearum. Si autem uno aut altero casu potentia parum augeatur tolletur æquilibrium et potentia elevabit pondus P. e contra si moles potentiæ O aut distantia ejus a fulcro parum minuatur, pondus P attollet potentiam O.

ex his collige tanto facilius pondus aliquod vecte attolli quo distantia potentiæ a fulcro magis superat distantiam resistentiæ a fulcro: et hinc si distantia potentiæ a fulcro respective ad distantiam resistentiæ a fulcro satis magna daretur, vis minima pondus quantumvis magnum vinceret ut propterea verum esse intelligatur archimedis dictum

Da ubi consistam cœlum terramque movebo
collige ulterius tunc ... augeri mediante vecte potentiam quo plus distat a fulcro quam resistentia, inde

in vecte 2di generis augetur semper, in vecte 3tii generis numquam, in vecte 1i generis aliquando.

potentia et resistentia oblique in vectem agentes tunc vires relativae minores sunt quamvis absolutis maneant eaedem e qua propositione vires per obliquam actionem diminuuntur.

In primis vires per obliquam actionem minui patet quidem eo magis quo magis est obliqua certumque. Si enim F 5 ad pondus P 6 onciarum perpendiculariter pendeat e puncto A 3 distante a fulcro C quum pondus B in quod potentia O 2 onciarum agit est perpendiculariter habebitur aequilibrium. Si vero filum BA perpendiculo dimoveatur usque in g et at potentia in vectem agat secundum lineam BH statim tolletur aequilibrium eoque magis quo magis filum a perpendiculo BD recedit et eo est magis augeri debet pondus potentiae ut restituatur aequilibrium.

Signum quod evidens actionem in vectem tunc esse majorem imo omnium maximam, cum est ad vectem perpendicularis, eamque eo magis diminui quo magis est obliqua.

Idem effectus habebitur si pondus P a perpendiculo dimoveatur.

ut oblique actionis diminutio determinetur reflectendum est vim oblique agentem decomponi in vires duas, alteram vecti parallelam, alteram vecti perpendicularem, quae duae vires repraesentantur per latera

etaque recti capus diagonalis exprimit vim absolutam actionis obliquae ejusque directionem: sic potentia agens secundum directionem BH ... et quae est ut BH easdem vires in B exercit, ac si B perpendiculariter traheretur per vim quae est ut BI et eodem tempore traheretur per vim ut IH recti parallelam; sed vis recti parallela eliditur per fulcrum C et punctum B nec attollit nec deprimit; unde idem est ac si B traheretur perpendiculariter vi quae est ut BI: igitur potentiae quae agit secundum directionem BH vires ejus absolutae sunt ad vires relativas ut BH : BI seu ut sinus recti ad sinum anguli quem efficit planum obliquum et planum recti parallelum.

Itaque ut pondus P sit in aequilibrio semel cum pondere 3 et semel cum pondere 9 debet esse ad O ut BH ad BI.

Potentia et resistentia aeque oblique agentes vectem, id est cum utraque eadem proportione deperdat de suis viribus, est tunc in aequilibrium requiritur ut earum moles sint in ratione reciproca distantiarum a fulcro.

§ 2.

De pondere sustentante a fulcro.

Quandoquidem fulcrum ē c̄siderari possit ut altera p̄tentia, quæ =librat p̄tiam et resistentiam & in una c̄currit ut sustentet, altera maxime utile ē scire Quantas vires sive p̄ p̄tentiam sive p̄ resistentiam exerantur in fulcrum ut sciatur quantum ponderis sustentare debeat: præsertim in sæpe fulcrum sit fragile aut ē actio alicujus animalis, cujus proinde vires possunt ēē impares ponderi sustinendo

D potentia et resistentia sunt in =librio in vecte s. generis, fulcrum sustentat summam virium utriusque utriusque sive distent æqualiter sive distent inæqualiter a fulcro, proinde d. p̄tia et resistentia in vectem agunt p̄pendiculariter fulcrum sustentat totum utriusque pondus.

Prob. experimento. Sit fulcrum C (F. 2a) procede medium vectis AB: ut P 6 onciarum sit in =librio in O debet ē C ēē 6 onciarum, tunque fulcrum sustentabit 12 oncias: si enim loco fulcri in C substi=tuatur funis c̄datus trochleæ et isti funi appendantur 12 onciæ, ea hærebunt in =librio.

Si fulcrum sit in C distante $\frac{3}{1}$ ptes A B $\frac{cum}{6}$ ab A tunc P 6 onciarum erit in =librio in O 2 onciarum et fulcrum sustentabit 8 oncias: rursus loco fulcri in K substitue 8 oncias trahentes mediante fune trochleæ c̄modato vectem p̄pendiculariter sursum, et oēs hærebunt in =librio.

si altera potentia oblique agat in vectem si-
gneris, o debet tunc fulcrum sustentare totam
utriusque motum sed tantum partem illam qua utraque
in vectem agit, et ita pondus g (fig.a) deberet esse
3 uncearum ut esset in aequilibrio cum pondere P 6
uncearum supposito quod BC sit $\frac{3}{1}$ ... AC et BD
1/3 ... BD: tunc fulcrum C sustentaret quod sed
... 8 unceas eo quod vires ... sint diminutae ad
1/3 nam ut ante dictum est idem est ac si novem
vi 2 uncearum perpendiculariter ageret in vectem, patebit hoc
si loco fulcri in C substitueret 8 unceas trahentes
vectem perpendiculariter sursum.
Similiter si pondus P aeque oblique penderet e
vecte ac ... g, et g, 3 uncearum esset in aequilibrio
cum P deberet P esse 9 uncearum tuncque fulcrum
C sustentaret 12 ... 4 unceas: nam in hoc casu
utriusque vires essent diminutae ad 1/3 et proinde
effectum producerent eundem ac si g vi 2 uncearum
et P vi 6 uncearum perpendiculariter in vectem agerent.
in vecte 2di generis et 3tii fulcrum ... sustentat partem
virium potentiae et resistentiae, nempe excessum quo
alterutra plus agit in vectem quam altera.
igitur si ... agunt fulcrum sustentat totum excessum
molis unius supra molem alterius; si vero utraque
vel alterutra ... oblique agit, inquirendum juxta ante
dicta quantum diminutae sint vires oblique agentes, et tunc

facile sciet q. fulcrum sustentet.
Itaque in vecte 2di generis exhibito (Fl 3a) ubi pondus P 6 unciarum potentiæ pendens e in æquilibrio in potentia O 2 unciarum e agente potentia in vectem, fulcrum C sustentat 4 uncias, adeoque si loco fulcri C substituerentur 4 unciæ trahentes punctum C potentia sursum, etiam forent in æquilibrio, ratio e q. totus vectis per pondus P trahatur deorsum vi 6 unciarum pondus autem substituendum in se solo non potentia O æquilibrare debet pondus P, sed potentia O sola in supposito vectem sursum trahit vi 2 unciarum, ergo pondus substituendum in se debet vectem sursum trahere vi 4 unciarum.
Si potentia O ita oblique ageret in punctum B ut vires ejus dimminerentur ad ½ adeoque deberet 4 unciarum ad æquilibrandum pondus P, fulcrum C adhuc sustentare deberet 4 uncias: nam in illo supposito potentia O tot vi 2 unciarum in vectem ageret.
Similiter in vecte 3tii generis exhibito F 4 ubi pondus P 6 unciarum e in æquilibrio cum potentia O 18 unciarum fulcrum C sustentat 12 uncias, ut patet experimento c probatur substituendo loco fulcri C pondus 12 unciarum potentiæ pendens ex puncto C.
Quæri potest an fulcrum in vecte 1i generis sustineat tantum aggregatum ex viribus quas potentia et resistentia exerunt in vectem, ubi in aliis vectibus ~~tt~~ sustentat excessum virium unius supra vires alterius.
R. 6o in vecte 1i generis vires potentiæ et resistentiæ

habens eand: illuminationem unde se mutuo nullo modo elidunt ubi in aliis vectibus vires habent directiones oppositas et ostenti elidetur ex quo unde in fulcrum sustentantem vectem 1º costa debet sustentare vires utriusque et 2º costa lb excessum virium unius supra vires alterius

ex dictis facile erues rationem sequentium. qui humero ita portat lignum ut vires hinc inde prominentes in se mutuo haereant in libro totam molem integri ligni sustinere debet. si vero lignum ita in humero ponat ut pars posterior longior sit et gravior anteriorem partem attenuentur ne lignum ab humero delabatur deprimere debet sic humerus praeter integram ligni molem sustinet at vim librantem excessum quo stant partes longioris supra gravitatem partis minus longae. si duo homines viribus aequales ferant pondus v.g. 400 librarum pendens ex palo secundum extremitates humero utriusque impositi, ut aequaliter graventur pondus illud uterque ipsorum prorsus medium esse debet. sed si unus illorum tantum sufficiat ferendis 100 libris et alter 300 portare valeat, pondus hoc collocandum est ut distet 3 plus a debiliori quam a altero et ita debilior ⅓ minus feret quam alter. humerum utriusvis considera ut potentiam et alterius ut resistentiam

§ 3tium

De variis instrumentis rationem vectis habentibus

Plurima sunt in usu quotidiano quae habent rationem vectis aliqua hic caulis subjicimus, in primis operarii ad elevanda aut loco sue dimovenda corpora gravia v.g. arbores saepius utuntur palo oblongo ferreo v ligneo secundum unam sui extremitatem terrae in fixo et arbori supposito, et alteram extremitatem manu attollunt quae proinde a fulcro quod est in extremitate terrae inixa distat tota pali longitudine; ubi tu corpus elevandum palo incumbet prope fulcrum remi navigantium sunt vectes 2di generis habentes fulcrum in illa extremitate quae aquae imponitur potentiam in altera extremitate scilicet manum remigantis, navis autem seu pluteus navis pars cui remus affixus est et in quo dirigitur manus remum moventis e resistentia

Forfex exhibitus figura 7a item forceps ferrea constant duobus vectibus 1i generis quorum commune fulcrum est in clavo seu in axi A circa quem vertitur utrumque brachium sive forficis sive forcipis. Quo minor est distantia clavi a puncto ubi corpus secandum ponitur (quae distantia sumitur in recta ducta per axem sive quae distantiam designat in figura 7a la AG et in figura 8va A6) eo fortius potentia

motrix extremitati brachiorum applicata elasticum
constringit et corpus findit aut premit

Corporibus durioribus secandis ut laminis ferreis
aeneis etc adhiberi possunt forfex exhibitus figura
9a cujus manubrium GB corpori immobiliter affigitur
aliud vero brachium KLG multum extenditur ut
potentia seu manus in G applicata notabiliter plus
distet a puncto fixo A quam resistentia seu laminae
secandae,

Culter exhibitus fig 10a cujus una pars scilicet cuspis
fixa e in A resistentia vero panis, paleae etc
collocatur in C et potentia seu manus applicatur manubrio
B e vectis 2di generis in quo tanto fortius potentia
agit in corpus scindendum quo hoc propinquius
e fulcro A et quo potentia applicata in B
remotior e cuspide A. culter autem iste
vocatur culter pistoris.

F 11a exhibet forficem cujus brachia habent
rationem vectis 3tii generis. vectes in A conjunguntur
per laminam elasticam manu comprimuntur adversum
circa punctum B et remota compressionis causa
sponte ab invicem separantur propter elaterium quo sedes
restituunt. Corpus scindendum ponitur inter extremitates
brachiorum igitur potentia mediat inter punctum
fixum A et resistentiam seu corpus scindendum

Culter communis ē vectis 3tii generis habens fulcrum eterum potentiam in manu tendentis: unde eo difficilius tenduntur partes quo longius manus a parte distat; q̄a eo plus potentiæ resistentia distat a fulcro qm̄ potentia.

In Ore quoque animalium considerari potest duplex par ex vectibus 2di generis unum scilicet par habetur in dextra aliud in sinistra maxilla et utrinsque fulcrum seu vertebra utrinque in fundo oris collocatur ubi ē terminantur 4 vectes quorum hinc inde 2 se contingunt in extremitate alia autem duæ vectium extremitates sunt in dentibus anterioribus. hinc facilius nuces et alia corpora dura franguntur inter dentes molares quam inter dentes anteriores ō tam q̄a dentes molares validiores sunt qm̄ q. corpus inter illos positum propinquius sit fulcro q. in fundo oris subsistit et remotius a potentia seu a dentibus anterioribus. Quin imo etiam brachia crura digiti &c. habent rationem vectium quibus plurimum juvatur potentia et vis musculorum corpori movendo applicanda.

manubria habere rationem vectis ex iis quæ de vecte dicta sunt abunde patet, sunt quædam manubriorum species incurvatæ quibus machinæ quædam ut rota horologii circa &c. circumaguntur talia das vide figuris 12a et 13a hæ species reducuntur ad vectem ō incurvatum cujus longitudo

consideratæ et in quartum e distantia manus uni extremitati applicatæ ab extremitate opposita et ita induabit dictus fornis potentia B eandi: habet vim ac si ageret mediante vecte AB recto, illo nempe instanti revolutionis quo manus manubrio B applicata aget perpendiculariter ad AB

Sæpius quoque ut comodius uniteti obtinebo motui utimur vecte qui in fulcro sic inflexus e ut ibi ⊥ rectum constituat. id observare e in plerisque manubriis antli=arum in quibus resistentia e embolus pendens e brachio breviori et manus eum elevat v deprimet mediante brachio longiori. idem principium q ante pro vecte si gravis posuimus applicandum e: licet enim in fulcro sit inflexus potentia tu et resistentia in eum perpendiculariter agunt etsi una oblique agere incipiat e altera æque oblique in eandem vectem aget

figura 6a repræsentat vectem ex 3bus simplicibus vectibus si in eius ita compositum ut potentia O in vectem C agente sustineat pondus P ex vecte A suspensum.

Sine machina quacumque composita applicari poterit hac regula proportio potentiæ ad resistiam supposito æquilibrio e opposita ex omnibus rationibus quæ in singulis machinis separatim locum haberent: nam si ex 2da triplicetur adhibita sola machina 2da manifes=tum e actionem quadruplam triplicari adeoque eã duodecuplam.

Sit go la FE in vecte C $\frac{6}{1}$ + EG; la EG in vecte B $\frac{4}{1}$ + EF; et la FE in vecte A $\frac{5}{1}$ + EK tali Casu pondus O unius onciae erit in =librio in pondere P 120 onciarum nam in vecte C si solus ad liberet ratio potentiae esset ad resistentiam ut 1:6; in vecte B ut 1:4 et in vecte A ut 1:5: sed ratio ex his tribus composita e ut 1 ad 120 ergo etc.

Demonstr. in solo vecte C potentia O unius onciae =librat 6 onceas in altera extremitate vecti C appensas et proinde in vecte B extremitas G premitur deorsum vi 6 onciarum: sed vis 6 onciarum agens in G =librat 24 onceas pendentes ex F ergo punctum F deprimit extremitatem vectis A vi 24 onciarum quae in vecte A =librat 120 onceas pendentes ex K adeoque una oncea pendens ex I =librat 120 onceas potentes ex K extremitate composita

S. 4.us
De Bilance

Figura 14 exhibet instrumentum omnibus notum libret bilancem e brachiis AC et BC aeque gravibus et aeque longis utrinque pendent lances L K aeque graves, la AB vocatur jugum et conficitur ex aere v. ferro ne facile inflectatur: in C fulcrum seu axis. igitur jugum bilancis e vectis 1.i generis in quo brachia sunt =lia proinde ut bis sit =librium debent pondera brachiis appensa ee =lia

Stylus autem est mobilis qui est lingula item extremo vocatur quoque jugi perpetuo affixus est inservit ut videatur an jugum AB sit in situ horizontali.

Usus bilancis est explorare diversorum corporum gravitatem facta comparatione cum pondere cognito et aliis multa requiruntur ut bilans sit accurata. 1º brachia jugi debent esse aeque gravia et aeque longa. aeque gravia prout et lances hinc inde appensae ut bilans sine ponderibus non se ipsa sistat in aequilibrio: aeque longa; si enim unum longius foret altero corpus appensum brachio longiori majorem haberet et esset aeque ponderare posset aliud pondus quod esset majoris moles

2do brachia debent esse in eadem directione alioquin deficiens judicaretur axes cum directionibus filarum constituant 2os. = les

3tio debet esse valde mobilis. bilancis mobilitas praecipue dependet

1º a vi majori vel minori quae per affrictum exercetur circa axim.

2do a positione centri gravitatis respective ad axim seu centrum motus

3tio a longitudine brachiorum: pondus enim exiguum magnas exerit vires dum multum a centro motus remotum

affrictus circa circumcursum minuitur 1º si axis, item jugum magis polita sint

2º si minor fiat superficies secundumque jugum axi innititur

3º si levius sit jugum bilancis, jugum quo levius et penulus bilancemquidem mobiliorem reddit sed precavendum nimia brachiorum gracilitas ne ponderibus appensis inflectantur nam si unum et e alterum inflecteretur non essent brachia in eadem directione et pondus ex brachio inflexo pendens non amplius propterea ageret in jugum seque minueretur ejus vires. igitur majores deberet ee molis ut alterum aequilibraret. idem esset in consensu si unum brachium magis altero inflecteretur. Si Centrum gravitatis jugi sit in ipso Centro motus bilancis brachia quocumque inclinentur manebunt in aequilibrio et minima ponderum differentia unum brachium deprimet maxima haec mobilitas in usu quotidiano parit incommodum: nam tempus aliquod notabile et attentio requiruntur ut haberetur tam perfecta ponderum aequalitas qualis requiritur ne tollatur aequilibrium. Si Centrum gravitatis sit altius axi minima ponderum differentia apparebit magna, nam eo ipso quo unum brachium parum deprimitur Centrum gravitatis in illud gravitat. quo fit ut magis descendat hinc vulgares bilances ita construuntur ut Centrum motus sit paulo altius Centro gravitatis, ut minimum bilans

ex situ horizontali deturbata ponderibus utrinque
=libus appensis non quiescat nisi eidem restituta.
hoc est habilis est positione neutrum brachium
deprimi potest quia Centrum gravitatis elevatum primo
ad lineam verticalem descendere nititur et ex ipsa libram
et descendit cum suo [illegible] accelerationis ultra
illam transit et ab altera ascendit, unde rursus descendit
et sic deinceps ita ut tandem post varias bilancis librationes
in linea verticali quiescat.

Evident hac constructione dum in bilancis mobilitatem
et exactitudinem vix ac ne vix Centrum motus a Centro gravitatis
removendum est praecipue in instrumentis hic inservientibus
librandis mercibus pretiosis quarum vel minima
quantitas potest esse notabilis.

Tandem ut cognoscatur an bilanx dolosa sit an vero
accurata, merces in utraque lance successive sunt
collocandae si semper manet in aequilibrium bene colligitur
bilancem esse dolosam

§ 5tus

De Statera Simplici et Composita

Statera est instrumentum valde utilem ponderandis
corporibus praesertim gravioribus aptum, habet
fulcrum in extremitate constatque 2 brachiis
uno longiori altero breviori vide figuram 1am
in qua punctum fixum est B etc =

ut Statera sit justa debent ejus brachia se positis
=pondio et Corpore ponderando habere in =librio
qua propter brachium longius et gracilius eo mo
fieri debet quo magis a fulcro distat. Index Staterae
e hic: mediante quodam aequi pondio in eius gravitas
notae e aeque pro libitu ad fulcrum moveri, et ab
eo removeri possit diversae gravitates absolutae seu
diversae moles corporum ponderantur: scilicet habet
=librum in Statera quotiescumque habet ratio inversa
ut distantias a fulcro et moles corporum: sic si figura
15a =pondium C anima libra distet 11 plus a fulcro
quam pondus P et sit =librium pondus P erit 11 librarum.
Et id facile colligitur ex iis quae de vecte dicta sunt cum
Statera e sit vectis 1mi generis cujus unum brachium
e longius altero. Similiter colligitur tum in bilance tum
in Statera axem sustentare pondus ponderis et resistantiae
se

ob gravitatem et in =litatem brachiorum Staterae et
hinc exorientem circa axem attritum mobilitas Staterae
minuitur et ideo e facile in ea ponderantur corpora tamen
parvula cum differentia e sufficiat ad tollendum =librium.
F. 16a exhibet Stateram compositam in qua vectis superior
A B e ut queris et Statera simplex; vectis inferior
E C e 2di generis et connexus in Statera habet brachium

AB ē mobile ut eum per fali ED ne lateraliter excurrat.

inservit hoc instrumentum ponderandis oneribus maxime molis v.g. tormentis bellicis anchoris gravissimis campanis &c. tota machina in se ipsa ē in libro, & brachio superiore v.g. e puncto G suspenditur æquipondium M; q. si sit 10 librarum, et punctum G distet $\frac{10}{1}$ plus a fulcro O quam A distet ab eod. pondium M = librabit 100 libras pendentes ex puncto A in quo vectis inferior connexus ē cum superiori; ergo punctum C trahetur sursum vi 100 librarum: si ulterius supponatur fulcrum E vectis inferioris $\frac{10}{1}$ plus distare a puncto C seu a potentia quam a puncto F vis 100 librarum in C æquilibrabit 1000 libras applicatas pendentes ex F adeoq. in hoc supposito æquipondium M 10 librarum æquilibrabit campanam P 1000 librarum.

§ 6tus

De trochleis.

Trochlea simplex ē orbiculus circum circa axem volubilis cujus ora excavatur ad excipiendum funem ductorium quo pondera sustolluntur.

trochlea simplex alia fixa ē alia mobilis. fixa dr ea cujus capsula axem orbiculi sustinens puncto cuidam

